CHR. FR. AUGUSTI DILLMANN
PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORIS HUIUSQUE IN ACADEMIA LUDOVICIANA GISSENSI PROFESSORIS PUBL. ORD.

LEXICON

LINGUAE AETHIOPICAE

CUM INDICE LATINO.

ADIECTUM EST VOCABULARIUM TIGRE DIALECTI SEPTENTRIONALIS COMPILATUM A WERNER MUNZINGER.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLXV.

Augustus Dillmann

lecturis salutem dicit.

Linguae Aethiopicae lexicon novum emissuri sumus. De causis quibus ad suscipiendum hoc opus movebamur nihil opus est multis praefari. Jobi Ludolfi lexicon, suo saeculo praeclarissimum, quod plus centum et quinquaginta annos in his literarum finibus summum merito obtinebat imperium, hac nostra aetate variis philologorum desideriis non amplius sufficere inter omnes constat. Subsidiis enim, quorum vir eximius in illo componendo usum fecit quamquam diligentissimum, lustris novissimis magna adjecta est copia, praesertim librorum Aethiopicorum ex Abyssinia transportatorum, unde materiam longe uberiorem exhaurire et multas res quae Ludolfo dubiae et incognitae erant lucidius explanare licet. Deinde scientia linguarum qua ille inter aequales eminebat, ut omnium ita Semiticarum, nostro saeculo consociatis philologorum studiis penitus reculta et eo usque promota est, ut etiam Geez linguae nova inde affundantur lumina et, cum in lexici parte etymologica tum in vocabulorum significationibus derivandis et disponendis, multae operi Ludolfiano emendationes sint adhibendae. Praeterea Ludolfus nimis brevis erat in allegandis testimoniis et locis, unde singulae voces earumque significationes et formae probarentur; at sola unius viri licet fide dignissimi auctoritate niti ut ab aequalium indole prorsus alienum ita subtilioribus linguarum literarumque studiis parum utile videtur. Accedit quod, exhausta exemplarium a Ludolfo typis impressorum penu, ejus liber tam raro venui subjicitur, ut ab emturis vix comparari possit. Quibus de causis jam septem abhinc annis, postquam grammaticam Aethiopicam edidimus, lexicon novum elaborare nobis propositum erat: opus propositum ut sine mora aggrederemur, is qui hoc volumen venum dat ipse nos monuit.

De ratione quam in describendis linguae Aethiopicae copiis sequebamur in Prolegomenis fusius disseruimus. Quid quantumve in hac descriptione profecerimus, non nostrum est dijudicare. Judicent alii, sed ne injuste judicent, pauca quaedam praemonenda videntur. Librorum Aethiopice conscriptorum qui ad nostros dies conservati sunt numerus non infinitus est neque tantus, ut omnes perlustrare unius hominis vires excedat. Nec dubium est quin iis omnibus excerptis thesaurus linguae magis completus effici potuerit. Sed nos quidem ne hanc gloriam peteremus et ultra annos quosdam praestitutos laborem nostrum extenderemus, ipso pacto cum bibliopola facto vetiti eramus. Neque temere hanc pactionem inivimus: nam verendum erat, ne opus permultis exoptatum et incremento studiorum reviviscentium necessarium ultra modum procrastinaretur vel, si quid nobis accidisset, plane in irritum caderet. Nostrae sunt memoriae qui, postquam omnem eamque longam vitam in colligenda materia desudarunt, fato abrepti sunt, priusquam thesauros summa opera et diligentia conquisitos publici juris facerent. Itaque satius censebamus, ut intra arctiores opus nostrum contineremus fines. At quantum intra temporis spatium definitum peragi poterat, peregisse nobis videmur. Librorum Aethiopicorum antiquissimos eosque gravissimos omnes in rem nostram convertimus; radices ducentas vel trecentas nec non plus duo millia vocabulorum (stirpium tam verbalium quam nominalium) Ludolfo incognita et multa nomina peregrina lexico adjecta habemus, nec dubitamus quin vocabula (vere Aethiopica nec aliunde adoptata) quae non recensuimus longe pauciora in libris qui apud Abyssinos circumferuntur supersint. Ea nostro thesauro facile posthac adjiciamus vel adjiciant viri harum literarum periti qui in posterum sunt futuri. Eorum veniam rogamus. Eorumdem et aequalium veniam magis etiam rogamus, si in etymis investigandis ab eo qui animo obversabatur fine longius nos abesse deprehenderint. Quamquam enim vocabulorum originem permultorum a nobis recte investigatam et expositam

esse persuasum habemus, tamen multa sunt relicta dubia nec nisi conjecturis incertis tentata, nonnulla plane obscura. Non omnia omnes perspiciunt: alii quoque in hac arena periclitentur! E communi scrutantium opera veritas victrix prodibit.

In rebus ad grammaticam pertinentibus ad nostrum librum anno Domini MDCCCLVII editum provocavimus. At non omnia quae in illo proposita vel praecepta sunt etiamnum nos tueri hic annotare liceat. Grammaticam enim cum conscriberemus, multis in rebus non nisi Ludolfiani lexici auctoritate nitebamur; jam vero postquam totam vocabulorum formarumque copiam ipsi perscrutati descripsimus, singula cum in parte etymologica tum aliâs mutanda, emendanda, addenda habemus.

Toto opere jam conscripto ejusque parte plurima typis excusa Werner Munzinger, investigatôr gentium Abyssinarum peritissimus indefessus, tum temporis in patriam Bernae urbem reversus, postquam lexici nostri partem primo editam inspexit, Vocabularium dialecti Tigrensis septentrionalis ab ipso collectum ultro nobis obtulit ad calcem nostri libri edendum. Quam conditionem, cum in hac dialecto multas antiquae Tigrensis vel Geez linguae reliquias contineri et linguam mortuam dialecto vivae quodammodo suppleri sumeremus, nos quidem, consentiente bibliopola, libenter accepimus, nec aliud quidquam pacti sumus, nisi ut singulorum vocabulorum pronuntiatio accurate notanda esset. Ejusdem dialecti opusculum grammaticum ut posthac ederet, auctorem haud frustra monuimus. Ejus igitur vocabularium tale quale ipsius manu scriptum recepimus typis exscribendum curavimus. Pro sententiis in praefatione propositis ipse stabit auctor: de aliis quibusdam, maxime quae ad orthographiam pertinent, dubitavimus quidem, sed quominus dubitationes auctori communicaremus, ipsius nova in Africam peregrinatio prohibuit. Postquam autem de Munzingeri vocabulario typis excudendo constitutum erat, etiam Antoine d'Abbadie, Francogallus nobilissimus et amicissimus, quà est liberalitate, suam ejusdem dialecti vocabulorum collectionem nobis permisit. Inde ea quae ad complendam Munzingeri collectionem idonea videbantur excerpsimus et, quamvis alter ab altero in scribendi et pronuntiandi ratione dissentiat, illius libello subjunximus. Etiam meridionalis dialecti Tigrensis vocabularium possidet d'Abbadie, quod ut publici juris faciat monemus et rogamus.

De externa specie nostri libri in officina F. A. Brockhaus exscripti pauca habemus monenda. Typorum formae Aethiopicorum et Amharicorum in hoc opere adhibitae, quamquam iis qui libros Aethiopicos manuscriptos nondum legerunt insuetae, tamen optimae sunt et ad leges calligraphiae Abyssinicas maxime adaptatae quae in Germania inveniuntur. Totumque opus specimen artis typographicae perfectum et officina celeberrima dignum esse nemo infitiabitur qui, quot et quam variae typorum formae in eo adhibendae fuerint, secum perpenderit. Soli hujus officinae characteres Syriaci quorum in hoc libro usus factus est inferioris sunt notae. Qui quod melioribus commutari non poterant, cum lecturis nos ipsi vehementer dolemus.

In corrigendis schedulis per quadriennium multam consumsimus operam, in iisdemque Dr. H. Lotze, Lipsiensem, nobiscum diligentissime laborasse grato animo praedicamus. Errata typothetarum haud ita multa, quae utrumque fugerunt correctorem, sub finem operis emendata invenient lectores. Alia quaedam sine dubio etiamnum in opere latent, praesertim in numeris quorum immensa multitudo ibi continetur: ea speramus fore minus gravia et ea quae a lecturis ipsis facile emendari possint.

Publicae autem laudes et gratiae debentur viro humanissimo, literarum adjutori optime merito, T. O. Weigel, bibliopolae Lipsiensi, qui hoc opus, minus lucrativum quam sumptuosum, neque in aequalium tantum sed etiam in posterorum usum conscriptum, suis impensis vulgare tantum abest ut dubitaverit, ut splendidissime typis imprimendum curaverit. Rarescunt his temporibus ii qui in libris redimendis et vulgandis non lucrum tantum faciendum, sed etiam literarum artiumque studia promovenda spectant.

Labores quos per septennium omnibus fere horis subsecivis Kilii Holsatorum in hunc librum insumsimus enarrare et piget et dedecet. Sed Deo O. M. quo benignissime juvante opus inchoatum perficere potuimus et decet et delectat gratias agere humillimas. Ei sit gloria in aeternum!

Dabam Gissae Cattorum idibus Junii MDCCCLXIV.

Prolegomena.

1. *Describuntur libri e quibus materiam lexici hausimus.*

Lexicon Ludolfiano locupletius et emendatius conscripturo neque ad thesauros quales Ṣiḥâḥ et Qâmûs sunt neque ad singulorum librorum Concordantias quas dicunt aditus patet: perlustranda et excerpenda sunt monumenta scriptorum Aethiopicorum ipsa, quorum pauca typis excusa facile comparari possunt, plurima nonnisi manuscripta et in variis Europae bibliothecis dispersa exstant. Quae omnia cum ob temporis perficiendo operi praefiniti angustias conquirere non liceret, eorum potissima saltem et gravissima nobis perscrutanda proposuimus.

1. Et *antiquissima* quidem quae habentur omnia, cum in iis permulta reperiantur verba quae posthac obsoleta recenti loquendi usui cesserunt, accurate pervestigavimus. a) Inter ea primum locum obtinent *Biblia* Aethiopica, quae omnium literarum Abyssinicarum fundamentum sunt et norma, ad quam reliqui scriptores suum dicendi scribendique genus conformaverunt. Quorum ut etiam in lexico componendo potissima haberetur ratio, res ipsa postulabat. Sed cum Bibliorum versionem non unam tantum habeant Aethiopes sed duplicem et triplicem singulorumque librorum multiplicem, variis temporibus et varia auctoritate confectam, id quoque spectandum erat, ut varias versiones distingueremus earumque antiquissimam, quantum possemus, dispiceremus. Ubicumque autem Bibliorum versiones e libris Mss. eruendae erant, unius codicis fides haud sufficere poterat, sed plura conferenda erant exemplaria. Hoc quomodo in singulas Bibliorum partes valeat, brevi dicendum est. Novi Testamenti versionibus perlustrandis nonnisi librorum typis exscriptorum usum fecimus. Hujus enim Testamenti duae sunt editiones. Altera a. MDXLVIII et IX Romae cura Tesfa-Zion Aethiopis facta, deinceps in Polyglottis Londinensibus repetita, jam Ludolfo lecta est; ea, si librum Actuum Apostolorum exceperis (de quo vid. Lud. hist. Ae. III, 4, 7 et Comm. p. 297), versionem antiquam exhibet, sed erratis typographorum scatet. Altera, a. MDCCCXXX impensis societatis ad Biblia sacra in Britannia et apud exteras gentes evulganda institutae Londini a Th. P. Platt confecta, versionem aliam sive recentiorem sive e variis versionibus recentioribus mixtam continet nec ipsa mendis typographicis ita ut debebat libera est. Editio castigata et critica in qua variae versionis recensiones recte distinguantur adhuc desideratur, nec dubitamus, quin nova omnium earum quae in libris Mss. circumferuntur Novi Testamenti versionum perscrutatione non tantum multae lectiones variantes sed etiam lexico singulae accessiones redundaturae sint. Sed huic investigationi instituendae cum omnia nobis deessent auxilia, libros typis editos diligenter perscrutari satis habebamus. Inter Veteris autem Testamenti libros Psalmi cum Canticis a J. Ludolfo a. MDCCI Francofurti, Octateuchus et libri Regum I et II a nobis ipsis a. MDCCCLIII — V et MDCCCLXI cum lectionibus variantibus ita editi sunt, ut eos excerpere sufficeret. In caeteris libris ad codices Mss. recurrendum erat, quorum inter se conferendos habebamus (maxime Oxonienses, Londinenses, Francofurtenses, Abbadianos) Jobi octo; III et IV Regum et Danielis septem; Jesaiae, Dodecapropheton, Proverbiorum, Ecclesiastae, Sapientiae sex; Paralipomenon, I et II Ezrae, Esther quatuor; Jeremiae cum Threnis, Hezekielis, Siracidae tres; Baruch, Epistolae Jer., Tobith, Judith duos. Libri Maccabaeorum Aethiopibus aut numquam versi aut deperditi sunt: eorum loco supplendo librum ficticium sub titulo Maccabaeorum circumferunt (vid. infra). Veteri Testamento adnumerantur libri quidam pseudepigraphi, tam editi quam inediti. Editi sunt, a nobis ipsis: 1) Kufâlê vel liber Jubilaeorum, e duobus codicibus, Kil. et Lond. MDCCCLIX, 2) Henoch, e quinque codicibus, Lips. MDCCCLI (huic libro tres alios codices nuper perlatos comparavimus); a R. Laurence: 3) Ascensio Isaiae, ex uno codice, Oxon. MDCCCXIX, 4) Ezrae Apocalypsis, ex uno codice, Oxon. MDCCCXX, cui editioni cum parum fide digna sit, sex alios libros Mss. contulimus; ineditus est 5) libellus, quem Aethiopes scriptis Jeremiae adjungere solent, Christianae originis, ተረፈ፡ነገር፡ዘበሮክ፡ i. e. Paralipomena vel Reliquiae Baruch inscriptus; ejus habemus tria apographa. Inter libros Novi Testamenti apocryphos recensendus est Hermae pastor, a. MDCCCLX Lipsiae ab Antonio d'Abbadie editus. Horum scriptorum biblicorum partem majorem Ludolfus nunquam vidit: e libris Judicum Regum Jesaiae excerpta quaedam habuit a Gregorio Aeth. communicata; praeter Novum Testamentum, Pentateuchum cum Josua et Ruth, Psalmos cum Canticis et quosdam prophetarum minorum ipse legit nullos. — b) Libris biblicis alii quidam accedunt qui ex antiquioribus literarum Aethiopicarum temporibus servati

supersunt et quorum diligentissimum fecimus usum. Eorum potissimus est liber quem ቄርሎስ፡ i. e. *Cyrillum* vocant. Hoc volumine continentur scripta collectanea cum Cyrilli Alexandrini tum aliorum Patrum, ad theologiam dogmaticam et ad Acta concilii Ephesini pertinentia, e sermone Graeco versa (vid. ejus descriptionem in Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes 1844. Bd. 5 S. 187 ff., et in Catalogo Codicum Aethiopicorum qui in Museo Britann. asservantur MDCCCXLVII p. 12 seq.). Monumentum est antiquioris linguae eximium; multa vocabula, in eo obvia, cum Abyssinis inferioris aetatis obscura essent, apographis ejus glossaria Aethiopico-Amharica annexa esse solent. Usi sumus codice Tubingensi, cujus folia 1—130 in allegandis locis singulis citavimus; ei nostra apographa comparavimus, Londini e codicibus, qui in Museo Britannico et in Bibliotheca Societatis Indiae Orientalis asservantur, quondam facta. Praeterea huc referendus est libellus, quem *Regulam Pachomii* vocamus (ሥርዐት፡ዘአዘዞ፡መልአክ፡እግዚአብሔር፡ለአባ፡ጳኵሚስ፡በበሐር፡ዘስሙ፡ጠርቤንስስ፡በደወለ፡ተባይስ፡); continetur codice Abbadiano CLXXIV, et fragmentum ejus exstat in codice Mus. Brit. XVIII f. 76. Eum tempore satis antiquo in Geez translatum esse cum regulae ipsae tum orationis genus pressae et brevis et vocabula quaedam huic libro propria luculenter docent. — Inscriptiones autem Axumiticas, ab E. Rüppell vulgatas, licet monumentum sint antiquissimum, tamen in nostro opere praetermittendas putavimus. In rebus enim ad linguam pertinentibus vix quidquam certi inde depromi poterit, priusquam emendatius editae et rectius lectae et intellectae fuerint (vid. Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft 1853. Bd. 7 S. 355—364). — Horum igitur quos enarravimus librorum antiquiorum voces et phrases omnes in libro nostro collectas et quantum fieri poterat explanatas invenient lectores studiosi.

2. *Caeteri* libri quamvis omnes aliquid ad augendas lexici copias conferant, tamen nec ejusdem sunt antiquitatis nec momenti. Quam ob rem singula singulorum apographa perlustrare nobis satis esse videbatur; accedebat, quod eorum plura exemplaria assequi non potuimus, nisi novam per varias Europae bibliothecas peregrinationem, ipso officio publico quo fungebamur interdictam, instituerimus. In deligendis autem iis quos in rem nostram converteremus libris duabus potissimum rationibus ducti sumus. Earum altera est, quod eos libros qui vel auctoritate quadam publica valebant vel Abyssinis ipsis in deliciis habebantur et multum lectitabantur nequaquam negligendos existimavimus. Altera refertur ad varietatem materiae quae in libris tractatur. Nam cum varia literarum genera variam postulent dictionem et propria verba quae dicunt technica, id nobis spectandum erat, ut uniuscujusque generis unum certe librum tamquam exemplum perlegeremus et excerperemus. Librorum autem secundum rationes modo dictas delectorum alii ab Aethiopibus ipsis compositi, alii ex aliis linguis, maxime Arabica, translati sunt; alii lingua puriores et eleganter scripti; alii ad Arabicum vel Amharicum sermonem vergentes, alii antiquiores, alii inferioris et infimae aetatis. a) *Libri ecclesiastica auctoritate* magis minusve *insignes* quos excerpsimus sunt Clemens, Synodos, Didascalia, Kidân, Faus Manfasâwi, Liturgiae, Genzat, Qedr, Preces Matutinae. *Clementis* usi sumus exemplari Tubingensi chartaceo; de ejus argumento videre licet quae exposuimus in Nachrichten von der G. A. Universität und der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen 1858 Nr. 17—19. *Synodi* librum jam Ludolfus novit et in suo lexico haud ita raro allegavit, nec non particulas quasdam in suo Comment. ad Hist. p. 301 seq. edidit; nos totum perlustravimus qualis continetur codice chartaceo Tubingensi. Qui cum negligentissime scriptus sit, dolemus quod alium assequi nequivimus. Est 398 foliorum; in eo insunt 1) Constitutiones Apostolorum f. 4—72; 2) Canones Apostolorum f. 72—89; 3) Statuta Apostolorum f. 89—102; 4) Abtelisât i. e. Tituli f. 102—126; 5) Constitutionum recensio altera f. 126—143; 6) tertia f. 143—160; 7) Canonum Ap. recensio altera f. 160—171; 8) Abtelisât recensionis alterius f. 171. 178. 198—215; 9) Canones concilii Ancyrani f. 215. 216. 179—189; 10) Canones Neocaesarienses f. 189—194. 11) Gangrenses f. 194—197. 217[b]; 12) Sardicenses f. 217—224; 13) Antiocheni f. 224—234; 14) Laodiceni f. 234—246; 15) Niceni f. 246—254; 16) eorumdem recensio altera f. 254—280; 17) Expositio fidei Nicenae f. 281—286; 18) Synodus Clementis f. 286—293; 19) Expositio decalogi f. 293—309; 20) varii alii tractatus ad ethicam et dogmaticam pertinentes f. 309—398. Caeterum varia Synodi exemplaria multum inter se differunt, et in M. M. f. 344 Isaac quidem Tigrensis incusatur, quod Synodum consulto adulteraverit. — E codice Stuttgartiensi membranaceo excerpsimus 1) *Kidân* i. e. መጽሐፈ፡ኪዳን፡ዘእግዚእነ፡ኢየሱስ፡ክርስቶስ፡ seu Testamentum Domini nostri Jesu Christi f. 3—30, librum subditicium qui in Haimânôta Abau et in M. M. allegatur; in eo de variis rebus ad jus ecclesiasticum, liturgiam et eschatologiam pertinentibus tractatur; 2) *Faus Manfasâwi* seu Medicinam Spiritualem (i. e. Poenitentiale) f. 119—173, de quo vid. Catal. Cod. Aeth. Bibl. Bodl. p. 30; 3) *Didascaliam* Apostolorum f. 43—116. Didascaliae partem supra dimidiam Th. P. Platt typis edidit: The Ethiopic Didascalia with an English translation, Lond. 1834. Quam editionem et ipsam consuluimus. — *Liturgiarum* seu Orationum eucharisticarum quaedam (sc. 1) Canon generalis, 2) Liturgia Domini nostri, 3) Dominae nostrae Mariae) in N. T. Aethiopico, Romae edito, t. I f. 158—176, una (sc. Liturgia Domini nostri) in Ludolfi Comm. ad Hist. p. 341 seq. typis excusae exstant; aliae (sc. Joannis Ev., 318 Orthodoxorum, Epiphanii, Jacobi Sarugensis, Joannis Chrysostomi, Apostolorum, Gregorii, Dioscuri) Mss. in codice Anglico jam a Ludolfo lectae et citatae sunt. Easdem nos quoque denuo excerpsimus e nostro apographo codicis Bodl. XVII, de quo vid. Catal. Cod. Aeth. Bibl. Bodl. Ox. p. 32 et 33. — Librum *Genzat* (መጽሐፈ፡ግንዘት፡) i. e. rituale in exsequias celebrandas perlegimus in codice Tubingensi membranaceo, 162 foliorum, Fasilidae regis aetate scripto; recensionem exhibet permultis foedissimae superstitionis additamentis depravatam. — Codex quem sub titulo *Kedr* citavimus, Tubingensis, chartaceus, 90 foliorum, plures exhibet libellos, sc. 1) f. 1—39 መጽሐፈ፡ቄድር፡ (de quo nomine vid. lexicon c. 465) de ritibus qui in repurgandis lapsis adhibendi sunt; in eo etiam ጸሎተ፡እግዝእትነ፡ማርያም፡ድንግል፡ዘጸለየት፡ባቲ፡በውስተ፡ሀገረ፡ባርቶስ፡ et alia superstitiosa hujus generis (de quibus vid. Lud. Comm. ad Hist. p. 349 et Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes 1844. Bd. 5 S. 183) continentur; 2) f. 39—45 መጽሐፈ፡ባሕርይ፡ sive ritus et orationes ad unctionem aegrotorum (ሰመይናሃ፡መጽሐፈ፡ባሕርይ፡እስመ፡ቃለ፡መለኮት፡ይእቲ፡); 3) f. 45—86 fragmenta e libro poenitentiali, Faus Manfasâwi dicto. — *Preces*

Matutinas nominavimus libellum, qui in Cod. Mus. Brit. XX n. 1 et XXI n. 1, a continetur; Aethiopice inscriptus est ኪዳን ፡ ዘነግህ ፡, et partes ejus etiam in Kidân libro supra laudato leguntur; perpauca ex eo sumsimus. — De Deguâ et Mavâs'et infra tractabitur.

b) E *libris exegeticis* delegimus *Chrysostomum* i. e. Joannis Chrysostomi homilias in Pauli epistolam ad Hebraeos XXXIV, sub initium saeculi XVI[1] ex Arabica versione (saeculo XI facta) in Geez translatas. Cum editione Graeca accuratius quam exspectaveris consentiunt; dictio quamquam ad Arabismum vergit pure Aethiopica est nec nisi rarissime sermonem Amharicum redolet. Singulae homiliae divisae sunt in duas partes, sc. partem exegeticam (ድርሳን ፡), et paraeneticam (ተግሣጽ ፡); illam siglo *Hom.*, hanc *Tags.* allegavimus. Usum fecimus codicis Tubingensis, membranacei, 150 foliorum, diligenter exarati.

c) De rebus *monasticis* tractatur in libro, qui *Philexius* inscriptus est, sub initium saeculi XIV in Geez translato, de quo vid. Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft 1847 Bd. 1 S. 24 ff. Adhibuimus codicem Stuttgartiensem (quondam Tubingensem), et singulos locos secundum ordinem quaestionum 244 in hoc libro propositarum allegavimus. — De *Regula Pachomii* vid. supra col. VII.

d) E libris qui ad theologiam *dogmaticam* pertinent, praeter Cyrillum (de quo vid. supra col. VII), excerpsimus librum magnae molis celeberrimum, qui *Haimânôta-Abau* inscriptus est (de quo videre licet Catalogum Cod. Aeth. Mus. Brit. p. 13—19), non totum sed singulas tantum ejus partes, quarum apographa habemus e codice quondam in Bibliotheca Societatis Indiae Orientalis Londini asservato. Duos libellos qui in eo exhibentur de rebus dogmaticis (sunt Fides Jacobi Baradaei et Athanasius de Trinitate) nec non Maſsḥafa Ṭomâr operi praefixum etiam sigillatim citavimus. Praeterea totum et diligenter perlegimus መጽሐፈ ፡ ምስጢር ፡ i. e. *librum Mysterii* (M. M.), saeculo XV tempore Isaaci regis (at secundum Chronicon Liq Atqu tempore Zar'a Jacob regis) in Abyssinia a Georgio quodam compositum, in quo 27 haereses fusius exponuntur et scite refutantur. Etiam strophas poëticas continet. Bene et eleganter conscriptus et optimis ecclesiae Aethiopicae monumentis adnumerandus est. De eo videre licet Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes 1844 Bd. 5 S. 194—196 et d'Abbadie Catalogue p. 54—59. Usi sumus codice Basileensi chartaceo, 372 foliorum.

e) Ad *philosophiam* pertinet መጽሐፈ ፡ ፈላስፋ ፡ ጠቢባን ፡ seu liber *Falasfa*, qui ex Arabico sermone translatus collectaneas sententias sapienter dictas (philosophorum et physicorum aliorumque virorum tam ethnicorum quam Judaeorum et Christianorum) exhibet; eum legimus in codice Tubingensi chartaceo, 84 foliorum.

f) *Juris civilis et canonici* institutiones continentur libro *Fetḥa Nagast*, qui ineunte saeculo XIII ab Abu Isaac Ben Elassal in Aegypto Arabice compositus, saeculo XV in Geez translatus, novissimis temporibus a jurisconsultis Abyssinis varias retractationes et immutationes subivit (vid. Catalogum Cod. Aeth. Bibl. Bodl. p. 24—30; d'Abbadie Catalogue p. 184 seq.). Dictionis genere non mere Aethiopicus est, sed ad linguam infimae aetatis inclinat. Exemplar, quo usi sumus, Rüppellianum (vid. Rüppell Reise Bd. 2 p. 185—188) membranaceum, sub finem saeculi XVII exaratum, asservatur in Bibliotheca Francofurtensi.

g) Multas voces quae ad *mathematicam*, *astronomiam*, *chronologiam* pertinent excerpsimus 1) ex *Abushaker* opere chronographico, saeculo XIII in Aegypto composito, posthac in Geez translato, cujus apographum habemus e codice Musei Britannici factum; de eo vid. Catalogum Cod. Aeth. Mus. Brit. p. 41—45; 2) e variis libellis et tractatibus de *Computo ecclesiae Aethiopicae*, qui variis libris Mss. (maxime codici Cyrilli, qui quondam in Bibliotheca Societatis Indiae Orient. Londini asservabatur) adjecti inveniuntur, quorumque quidam in Lud. Comm. Hist. p. 385 seq. et in Scaligeri opere de emendatione temporum editi sunt.

h) Nonnulla *artis medicinalis* vocabula hausimus e libello pusillo, 35 foliorum *Maſsḥafa Faus* dicto, in lingua aethiopico-amharica conscripto, qui quondam in Bibliotheca Societatis Ind. Orient. Londini asservabatur.

i) *Historica* sunt, praeter Abushakeriani operis partes quasdam, liber *Pseudojosephi* et Chronicon Axumiticum. Josephi Ben Gorion ዜና ፡ አይሁድ ፡ i. e. historiam Judaeorum quae, e lingua Arabica in Aethiopicam versa, res Judaeorum inde a Cyri regno usque in Hierosolymorum eversionem Romanam comprehendit, perlegimus in codice Francofurtensi bene exarato (qui p. 1—269 libros V. T. historicos, Reg. Paral. Ezr. Tob. Judith Esth. continet) p. 272—382. Liber quem sub titulo *Chronici Axumitici* citavimus est codex XXVI bibliothecae Bodleianae, quo 1) f. 1—88 Kebra-Nagast, liber celeberrimus, in laudem et gloriam Axumae metropolis et regiae Abyssinorum stirpis sub finem medii aevi confictus, Aethiopice bene et eleganter conscriptus, 2) f. 89—105 varia documenta ad res Axumiticas et Aethiopicas pertinentia exhibentur (vid. de eo Catalogum Cod. Mss. Aeth. Bibl. Bodl. p. 68—73). Hujus codicis partem plurimam descriptam habemus. — Caeteros *libros historicos bibliothecae Bodleianae*, a J. Bruce allatos, in quibus res Aethiopiae describuntur, sc. Cod. XXVIII—XXXII (vid. Catal. p. 74—82), quondam Oxonii peregrinantes obiter perlustravimus, et particulas quasdam (maxime ad res antiquiores pertinentes) descripsimus, nec non varia vocabula memorabilia in schedis nostris notavimus. Quorum excerptorum etiam in lexico nostro usum fecimus; eos denuo et diligentius perlegissemus, si eos assequendi ulla nobis fuisset facultas. Caeterum in dictione eorum quibus res Aethiopiae descriptae sunt librorum multa sunt Amharica immixta, quare Abyssini ipsi linguam horum librorum, nempe ልሳነ ፡ ታሪክ ፡ seu linguam Chronicorum, a lingua vere Aethiopica distinguere solent. Codices Bruciani Bodleianae bibliothecae magis ad Aethiopismum vergunt, Rüppelliani magis Amharici quam Aethiopici sunt. Ex unico codice Francofurtensi illo, quem E. Rüppell Reise II. p. 336) große Chronik des Lik Atkum (rectius Liq Atqu) nominavit, nonnulla, sed pauca tantum in libro nostro recepimus.

l) Ad *vitas Sanctorum* referuntur Synaxaria et multi libri libellique qui Gadel vocantur, nec non libri Maccabaeorum fictitii. *Synaxariorum* (de quibus vid. Catalogum Cod. Aeth. Bibl. Bodl. p. 36—68) volumina duo, quae in bibliotheca Tubingensi exstant, membranacea sedulo perlustravimus et excerpsimus. Versa sunt ex Arabico opere, saeculo XIII° in Aegypto composito, sed ab Aethiopibus saeculorum sequentium retractata et aucta. Dictio quamquam Arabismum redolet bene Aethiopica est. Actis Sanctorum ad singulos singulorum mensium dies strophae quaedam

poëticae additae sunt, quae non omnes sed plurimae cum strophis illius libelli, quem Ludolfus *Encomium coelestium et terrestrium* nominavit (nunc asservatur in Bibl. Bodl., vid. Catal. p. 36) et in lexico crebro allegavit, consentiunt sed multas praebent lectiones variantes. Exemplaris Tubingensis partes aliae diligentius, aliae negligentius exaratae sunt. — E magno librorum qui *Gadel* vocantur numero pauci tantum nobis praesto erant: Gadela Adam in Cod. Tubingensi (de quo vid. nostram versionem et commentationem in H. Ewald Jahrbuch der biblischen Wissenschaft V. 1853 p. 1—144), et G. Abba Karazun in Cod. Abbadiano CLXXIV, deinde nostra excerpta e Codd. Mus. Brit. XLV—XLVIII, sc. e G. Tacla Haimanot et G. Tacla Zion (XLV), G. Za Michael Aragâwi (XLVI), G. Abba Johanni (XLVII), G. Gabra Manfas Qedûs (XLVIII), denique excerpta e codice Gadela Lalibela qui quondam in Bibl. Societ. Ind. Orient. asservabatur: ex hoc varia vocabula architectonica hausimus. — Ejusdem farinae est liber *Maccabaeorum* (in plures sectiones divisus) ficticius, quem loco genuinorum librorum Maccabaeorum codicibus Bibliorum appingere solent. In eo exponitur martyrium trium Judaeorum qui sub rege quodam ጺሩጺዶን፡ (i. e. Tyro et Sidone) passi perhibentur: variae ibi de immortalitate animae et resurrectione mortuorum nec non de historia Israelitarum biblica expositiones et paraeneses continentur. Verae Maccabaeorum historiae ne vestigia quidem in eo reperiuntur. Legimus codicem Abbadianum LV.

m) Inter *opera poëtica* eminent hymni ecclesiastici qui in libris Mavâs'et et Deguâ dictis continentur et tam antiquioribus quam melioribus scriptis annumerandi sunt: de iis vid. Catalogum Cod. Aeth. Mus. Brit. p. 32—38. Antiphonarium quod *Mavâs'et* dicitur totum perlegimus in Cod. Tubingensi; thesauri *Deguâ* dicti exemplar nobis deerat, sed excerpta et singularum partium apographa habemus e praestantissimo codice, qui in bibliotheca Societatis Brit. ad Biblia evulganda institutae asservatur: ex iis quidquid in lexico allegatum est hausimus. — De strophis Synaxariorum poëticis, quas cum Ludolfo *Encomia* nominavimus, vid. supra sub litera *l*. — Ex aliis carminibus quorum multa habent, pauca quaedam eaque praestantiora delegimus, sc. 1) preces ad Deum quae ab እእግዚአብሔር፡ጠቢብ፡ጠቢባን፡ incipiunt et *Ṭabîba Ṭabîbân* appellantur, 102 stropharum (collatas e Cod. Bodl. XVIII, Mus. Brit. LVI et LVII); 2) preces quae a ስብሐት፡ለከ፡ *Sebchat laca* incipiunt, e Cod. Bodl. XVIII; 3) carmen ad communionem sacramenti altaris celebrandam quod, cum a ማኅበረ፡ምእመናን፡ incipiat, *Mâchbara Me'manân* voceamus, 21 stropharum, e Cod. Bodl. XVIII et Mus. Brit. LVII collatum; deinde quaedam poëmata quae nos *Salâm* nominavimus, Abyssini autem መልክእ፡ i. e. imagines vocant, quia in singulis eorum strophis singula Sanctorum membra laudantur, sc. 4) Salâm ad 318 Patres Nicaeae congregatos dictum, 16 stropharum, e Cod. Bodl. XVIII; 5) Salâm ad Mariam I, 43 stropharum, collatum e Cod. Bodl. XVIII f. 47—62 et Cod. Mus. Brit. LVII; 6) Salâm ad Mariam II (quod non መልክእ፡ est), 7 stropharum, e Cod. Bodl. XVIII f. 62. 63; 7) Salâm ad Mariam III, 58 stropharum, e Cod. Mus. Brit. LXX; praeterea 8) hymnos qui in Cod. Mus. Brit. LIII f. 52—63 continentur.

n) His omnibus accedunt quidam *libelli alii*, qui quamquam non multa tamen aliquot vocabula lexico nostro contulerunt: 1) fragmentum *Apocalypseos Mariae* de rebus futuris quae a Joanne Apostolo scripta perhibetur, e Cod. Mus. Brit. XLVII; 2) *Visio Baruch* ficticia, in Abyssinia conscripta, e Cod. Mus. Brit. XIX; 3) ፍካሬ፡ኢየሱስ፡ (*Fekâre Iasus*) i. e. Expositio Jesu de rebus futuris, saeculo XV conscripta, e Cod. Mus. Brit. XVIII; 4) ጥበበ፡ሳቤላ፡ *Sapientia Sibyllae* ficticia, e Cod. Mus. Brit. V; 5) ውዳሴ፡ማርያም፡ *Laudes Mariae* in septem hebdomadis dies e Cod. Mus. Brit. III; 6) መጽሐፈ፡ኑዛዜ፡ *Formula confessionis* peccatorum, libellus amharizans, e Cod. Mus. Brit. LVII. — Praeterea e variis Musei Britannici et Bibliothecae Bodleianae codicibus quos quondam in Catalogis nostris descripsimus singula vocabula allegavimus. — Libris prelo impressis qui enumerati sunt adde Ludolfi Historiam Aethiopicam et Commentarium, Theodori Petraei proverbia Aethiopica Jonae prophetae 1660 edito subjuncta, Ant. d'Abbadie Catalogue de Manuscrits éthiopiens Par. 1859.

o) De Vocabulariis Aethiopico-Amharicis infra plura dicemus.

Ex hoc scriptorum quae perquisivimus conspectu plurimos eorum quibus Ludolfus utebatur librorum a nobis denuo pervestigatos et excerptos esse elucet. At nonnulli Ludolfo erant fontes, ad quos nobis nullus erat aditus, nempe 1) Liber Mysteriorum coeli et terrae, 2) Manuscriptum Colbertinum, 3) Homiliae et Vitae Sanctorum qui in Codice Bibliothecae Berolinensis inveniuntur. Alios habebat quos ab ipso diligenter excerptos denuo perlustrare non operae pretium esse censebamus, Organon Mariae, Ssalôta Reqêt (at vid. supra sub litera *a* de libro), Homiliam Chrysostomi de Nativitate Christi Lugd. Bat. 1660 a Th. Petraeo editam. Ex utroque librorum genere quaecumque Ludolfus in suo lexico protulit, nec non quae auctoritate Gregorii Aethiopis proposuit, ea omnia in nostro opere iterum exscripsimus.

2. *Exponitur quibus auxiliis in definiendis vocabulorum significationibus usi simus.*

Lexicographi est non tantum vocabula colligere sed etiam eorum significationes recte definire. Qua in re via complanata est a Ludolfo. Plurimorum enim eorum quae communi usu detrita sunt verborum potestatem ab eo recte constitutam esse nemo infitiabitur. Tamen multa restabant facienda. Primum enim verborum pronominalium et vocularum illarum quas particulas, conjunctiones, praepositiones, interjectiones dicunt expositionem Ludolfus vix delibavit. At magni momenti sunt hae voces et linguae pars haud contemnenda, nec quisquam suo munere rite functus existimabitur qui uberiorem et accuratiorem earum descriptionem omiserit. Deinde magnus est verborum numerus quae Ludolfo cum incognita essent exponi non poterant. Denique etiam eorum quae novit verborum haud ita pauca sive falso sive minus recte interpretatus est [1]), quia auctoritate non satis fida nitebatur vel quia loci probantes quas inspicere licebat ambigui et obscuri erant; in aliis interpretandis ipse cum auctore suo haesitavit; aliorum significationes recte quidem invenit sed non omnes; etiam formarum quarumdam vim (ut stirpis verbalis IV, 1. 2) non semper assecutus est. Multa igitur novanda et emendanda erant, omnia autem retractanda.

1) Exemplis sint ሀርበጸ፡ለሀየ፡ለመጸ፡ሐብቀቀ፡ሚሬሑከ፡ሠጠየ፡ተማልዐ፡ሲሐ፡ቀሠፋይ፡ቴጢዎ፡በረረ፡ተፌየ፡ድኅከ፡ al.

1) Quo in negotio perficiendo maxime nobis auxilio erant ii libri qui non Aethiopice tantum sed etiam in alia lingua, potissimum qui Graece adhuc exstant. Permultos enim Aethiopum libros eorumque quos in lexico excerpsimus plurimos ex aliis linguis in Geez versos esse e conspectu quem supra dedimus apparet. Hi omnes si cum libris ipsis unde versi sunt comparari potuissent, nemo non videt quantum utilitatis inde redundasset. Sed aliter se res habet. Nam licet multi sint libri Aethiopici ex Arabica vel alia orientali lingua translati, tamen ne unius quidem exemplar Arabicum vel in alia lingua orientali conscriptum assequi potuimus. Nulla enim typis edita sunt; alia exstant quidem manuscripta in variis Europae bibliothecis (ex. gr. Arabice: Synaxaria, Haimânota-Abau, Fetha Nagast, Chrysostomus, Didascalia) sed a nobis inspici non poterant; alia autem deperdita vel nondum in Europam transportata sunt; denique ubi exemplar Hebraeum (Pseudojosephi) vel Latinum (versionis Canonum Nicenorum ex arabica lingua ab Abraham Echellensi factae in Mansi II p. 981 seq.) vel Syriacum (quarumdam Gadela Adam et Clementis particularum in Journal Asiatique V^e^ série, t. II p. 439 seq.) consuli poterat, parum cum versione Aethiopica consentiebat. At qui e libris Graecis versi sunt, eorum exemplaria Graeca et conservata et typis edita sunt, non omnium quidem sed plurimorum: biblicos dicimus exceptis pseudepigraphis et Cyrilli partem maximam; accedit Chrysostomus qui quamquam ex Arabico versus tamen mirum quantum cum Graeco concordet. Aliorum fragmenta quidem sive Graeca sive Latina supersunt, ut Henochi, Hermae, Jubilaeorum (in libro: Monumenta sacra et profana e codic. Bibl. Ambrosianae t. I, fasc. I ed. Ceriani, Mediol. 1861. 4°), Regularum Pachomii; aliorum versio Latina (e Graeco facta) tota exstat, sc. Hermae et IV Ezrae. Eodem referenda est Bibliorum Aethiopicorum recensio novissima ea, quae e libris Hebraeis facta est. Horum igitur librorum versionem Aethiopicam cum editionibus Graecis (vel Latinis et Hebraeis) conferre licebat. Quod commodissime cecidit. Illi enim libri (exc. Chrysostomo) ut antiquissima literarum Aethiopicarum monumenta ita ea sunt, quae vocabulis raro obviis vel obsoletis et obscuris maxime abundent et locos intellectu difficillimos contineant. Neque eorum locos tantum obscuriores, illa comparatione instituta, illustrare licet, sed etiam in earum quae per se minime obscurae sunt vocum et phrasium significationibus accuratius definiendis et in synonymis recte distinguendis multum adjuvatur qui quid Aethiops exprimere voluerit ex ipso libro Graeco (vel Latino et Hebraeo) eruere potest. Quam ob rem nostrum esse censebamus ut omnes illos libros accurate cum eorum fontibus compararemus.

Tamen ne hoc quidem auxilium omnibus definiendis sufficit nec sine cautione quadam adhibendum est. Quamquam enim Aethiopes librorum interpretes linguae Graecae peritissimos, multo peritiores sane quam exspectaverimus, se praebent, tamen inveniuntur loci in quibus verba Graeca non satis intellexerunt neque recte reddiderunt. Accedit quod in interpretandis libris modo fidem verborum pressius secuti sunt, modo sensum magis quam verba exprimenda sibi proposuerunt. Praeterea fieri potuit nec raro factum est, ut aut loci quidam Graeci in nostris editionibus aliter legerentur atque ab Aethiope lecti sunt, aut in ipsa versione Aethiopica lectio genuina posthac depravaretur vel alii cederet. Quae omnia circumspicienda sunt si quis hoc auxilio uti voluerit. Itaque nobis quidem non satis fidum videbatur, iis vocibus Aethiopicis quae in uno tantum loco occurrunt eandem quam vox Graeca ei respondens habet potestatem attribuere, ni eandem ei infuisse aliis quoque indiciis (ut etymo [1]) vel traditione [2]) Aethiopum) firmatur [3]). At ubicumque eandem vocem Graecam in libris variis vel qui a variis interpretibus versi sunt eadem voce Aethiopica redditam reperimus, de vera ejus significatione non erat quod dubitaremus [4]).

2) Auxilium alius generis a philologicis et exegeticis Abyssinorum ipsorum traditionibus petitur. Geez enim dum viva erat lingua, literatorum institutionibus ad eam addiscendam vix opus erat; sed postquam populus linguam dediscere et Amharice loqui coepit, studia quaedam philologica non poterant non emergere. Et cum Geez, etiam per ea quae sequebantur tempora, linguae sacrae et literariae dignitatem obtinere non desineret, exstiterunt literatores qui eam in scholis docebant librorumque interpretes se profitebantur. Quae studia quamvis labentibus saeculis magis magisque decrescerent, tamen viri hujus generis, **መምህራን፡** i. e. doctores dicti, etiamnunc in Abyssinia reperiuntur, et antiquae linguae scientia quantulacumque usque ad nostram aetatem per eos conservata est. His literatorum vel doctorum studiis ut grammaticae initia debentur, ita constans quaedam librorum interpretandorum ratio formata est quae, primitus institutionibus scholasticis per docentium et discentium successiones tradita, posthac etiam literis consignata est. Neque tamen moris erat versiones librorum Aethiopicorum in linguis vel dialectis vernaculis conscribere [5]), sed locorum tantum difficiliorum vel verborum obsoletorum interpretamenta marginibus eorum in quibus occurrunt librorum adscribere vel talium interpretamentorum compendia brevia singulis libris praefigere vel subjungere. Permulti libri manuscripti, maxime biblici, ejusmodi glossis vel glossarum compendiis instructi sunt. Etiam nominum peregrinorum sive propriorum sive appellativorum interpretatio ab illis literatoribus tentata est. Denique postquam inscitia sacrae linguae magis crevit, in usum discipulorum alia quoque vocabularia, **ሰዋስው፡** dicta, composita sunt, in quibus etiam vulgaria et tritissima vocabula Amharice exponuntur. In his igitur glossis vel glossariis et vocabulariis domesticam Abyssinorum traditionem de significationibus verborum Aethiopicorum contineri jure dixeris. Eamque satis constantem fuisse, e consensu variorum qui nunc exsistunt hujus generis libellorum conjicere licet: etiam quae Gregorius Aethiops de interpretatione verborum difficiliorum duobus abhinc saeculis Ludolfo communicavit, fere omnia cum iis quae nos in vocabulariis legimus concordant. Ubi vero de vocabulorum expositione variae doctorum opiniones obtinebant, hujus generis variationes etiam in vocabulariis annotatae esse solent, ut: **መስተሀብበን፡ዘ፡** (i. e. **ዘውእቱ፡** vel **ዘብሂል፡**) **ጸራፍያን፡ወቦዘ፡** (i. e. **ወቦ፡ዘይብሉ፡**) **ተጸሐልያን፡**, vel **ሰንበልት፡ዘ፡ጦስኝ፡ሰንቡልኂ፡ይ፡** (i. e. **ይ**

1) ut II **ሰቈረ፡**, **ግእን፡**, **ረሥሐ፡** al.

2) ut **አስተማወጸ፡**, **ተዐውገ፡** al.

3) Exemplis sunt **ስጉድ፡**, **ምማቴ፡**, II **ሜሰ፡**, **መጐጸ፡**, **ተቀብየ፡**, **ቴጽልዕ፡**, II **ብሕባሔ፡** al.

4) Exempla habes sub **መኰየ፡**, **አሰባብ፡**, **ትዕሬር፡**, II **ዐቀብ፡**

5) quae in bibliotheca Abbadiana exstant librorum interpretationes Amharicae (ut Cod. CLIV. CLVI. CLVII) novissimae aetatis esse videntur.

ብሉ፡), vel ናብሊስ፡ብእዝ፡ብ፡ (i. e. ብሂል፡) ቃዋል፡ብእዝስ፡ ጸናጽልሂ፡ይ፡ (i. e. ይብሉ፡). De his vocabulariis consulere licet Ludolfi Hist. I, 15, 34. IV, 2, 3; Comm. p. 34. 209. 556, et descriptionem eorum uberiorem in Catalogo Cod. Aeth. Mus. Brit. p. 58—60. Exemplaria quibus nos usi sumus sunt Cod. Mus. Brit. LXX et LXXII secundum nostra apographa, et Cod. Tubingensis (de quo vid. Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft I. S. 41 ff.); alia in aliis bibliothecis exstant, sed plura comparare operis pretium non fore censebamus. Praeterea glossaria quaedam variis libris biblicis et Cyrilli operi (de quo vid. supra c. VII) annexa nec non glossas quasdam in margine librorum adscriptas in nostram rem convertimus. Denique Antonius d'Abbadie in sua bibliotheca habet libellum Cod. CCXXVIII, in quo radices linguae Aethiopicae secundum ordinem literarum in quas exeunt (a literatore quodam Gondariensi) contextae continentur; ex eo excerpta quaedam benignissime nobis communicavit. Sed multae harum radicum videntur spuriae et e nominibus, etiam peregrinis, nonnumquam rudissime petitae (ut ሰርኬመ፡ i. e. ለምጽ፡ከወጺ፡ de qua vid. nostrum lexicon c. 1402 sub ሱዐረም፡).

Haec igitur monumenta quamquam diligenter consulere consuevimus, tamen adjumenta quae inde petivimus nec ita multa nec magna erant. Nam expositiones verborum usu detritorum quas exhibent nimis vagae et mancae sunt, nec ad significatus accurate definiendos sufficiunt. De nominibus peregrinis (ut vasorum, ponderum, mensurarum, instrumentorum, animalium, plantarum) hallucinationes magis et conjecturas quam veras definitiones venditare solent. Nec nisi in expediendis verbis nominibusve rarioribus et obscurioribus aliquantum utilitatis ex iis percipere licuit. Quamquam ea quoque arctioribus circumscripta est finibus. Tantum enim abest, ut omnes glossae a literatoribus propositae e genuina linguae scientia antiquitus tradita haustae sint, ut earum plures nonnisi conjecturis exegeticis, tam veris quam falsis, nitantur (vid. ex. gr. ተፈየ፡). Accedit quod etiam multa vocabula Amharica quibus Aethiopica exponuntur nobis quidem obscura sunt nec prius intelligi possunt, quam lexicon Amharicum, Ludolfiano et Isenbergiano multo magis completum, editum fuerit.

At alia quoque est ratio, qua illis monumentis in lexico elaborando adjuti sumus. Plura enim in iis recensentur vocabula quae in libris quorum perlustrandorum facultatem habuimus non reperiuntur: eorum quaedam licet lectionibus corruptis originem traxerint, tamen reliqua in aliis libris vere occurrere satis probabile est. Quare ea in lexico recipere non dubitavimus, sed cum testimoniis non probata sint, eorum plurima sub calcem lexici in Appendice I recensere maluimus. Praeterea variis in locis ubi fides nostrorum codicum addubitanda videbatur, glossaria cum eandem vocabuli lectionem praeberent nobis subsidio venerunt.

3) Auxilium autem multo magis fructuosum et fidum ex ipso librorum studio petivimus. Quidquid in describendis variis singulorum verborum significationibus earumque tenuioribus discriminibus profecimus, potissimum sensu librorum subtiliter investigato et usu loquendi qui cuivis auctori proprius est diligenter observato effectum est. Etenim si quis linguae et grammaticae scientia et artis exegeticae peritia satis imbutus libros accurate perlegerit, non erit dubium, quin ei etiam illae phrases et verborum formae vel significationes quae in lexicis nondum notatae sunt longe plurimae per se perspicuae pateant, etiamsi versiones librorum vel exemplaria e quibus versi sunt consuli nequeunt. Quae cum in aliis quoque linguis et literis pariter se habeant, uberius exponere nihil opus est. Sunt quidem in quovis libro manuscripto, ni accuratissime exaratus sit, loci obscuriores vel plane non intelligendi, quia lectiones depravatae sunt, sed eos, nisi ex aliis libris emendari potuerint, missos facere nihil interest. Sunt quoque vocabula obscuriora vel verba technica quae quid sibi velint non ultro apparet, sed quae in alio libro minus liquent, in alio illustrata inveniuntur, et dummodo caetera auxilia quae laudavimus et laudabimus cieantur, pauca sane inexplanata relinquentur. Libri autem ex Arabico sermone translati vel ad linguam Amharicam vergentes ut bene intelligantur, etiam istarum linguarum scientiam quandam requiri nemo non videt.

4) Ad illustranda nomina animalium plantarum utensilium et vocabula quaedam technica (ut musicae) etiam itineraria peregrinatorum et varios Europaeorum libros in quibus singula describuntur vel exponuntur (ut Renaudot opus de liturgiis orientalibus, Scaliger opus de emendatione temporum, Description de l'Egypte al.) consulebamus.

5) His auxiliis quae enarravimus aliud denique accedat necesse est, sc. etymorum investigatio. Sed de hac singulatim disserendum est.

3. *Disseritur de etymorum investigatione et aliarum linguarum comparatione.*

1) Etymorum scrutationem et aliarum linguarum comparationem ut ne intactas praetermitteremus, variae nos monebant rationes. Primum enim ad ipsa vocabula rite digerenda necessariae sunt. In lexicis linguarum Semiticarum quae vocabulorum literis vel syllabis praefixis formatorum copia ingente abundant singula vocabula secundum ordinem radicum et literarum radicalium digerenda esse inter omnes constat, nec nisi qui inscitiae et inertiae tironum magis quam laudi disciplinae consulunt laudabilem illum morem, fere omnibus probatum, etiamnum negligunt. Radices autem ad quas singula vocabula referenda sunt quamquam plerumque e legibus formationis grammaticis ultro patent, tamen nonnumquam accidit, ut cognitu difficiliores sint nec sine exploratione etymorum inveniri possint [1]). Deinde etiam significationibus verborum definiendis etymorum scientia aliarumque linguarum comparatio sive utilissima sive necessaria est. Sunt enim verba quae varias pluresve habeant significationes; earum quae sit prima, quae derivatae, nonnumquam ei tantum disceptare licet, qui etymon perspexerit [2]); sunt alia quorum potestas nisi etymo respecto accuratius constitui non potest [3]), et nobis quidem multorum verborum in uno duobusve tantum locis obviorum significatus non indubius nec satis confirmatus esse

1) ut ታዕካ፡እስኪት፡አስሐትያ፡አራራይ፡ዐንፀወ፡ድቡት፡ድድ፡ግብት፡ al.

2) ex gr. መስሐግ፡አብደ፡ተዐገለ፡ተዐገሠ፡ገልዕ፡አገመረ፡ጸንሐ፡ጸንዐ፡ፈቀደ፡ፈጸመ፡ al.

3) ut ሀርበደ፡ሐብቀቀ፡ሥጥየት፡ቀሠፋይ፡ማኅፈር፡ዘርዘረ፡ገእዘ፡ያገ፡ፀዓዕ፡ al.

videbatur nisi etymologica quoque ratione comprobandus erat [1]); aliorum de quibus etiam traditio exegetica deest sensum nonnisi via etymologica assequi poteramus [2]). Accedit quod etiam ad orthographiam constituendam multarum radicum etyma vel convenientia cum aliis linguis respicienda erant (vid. infra de orthographia). Praeterea etymorum studium per se ipsum expetendum videtur. Nam ut cujuslibet scientiae finis in eo positus est, ut ad intimas rerum causas penetret, ita etiam ei qui in describendis linguae copiis scientiam linguarum omnem pro parte virili promovendam sibi proposuerit non id tantum quaerendum est, quibus nominibus res singulas appellare consueverint homines, sed etiam quas in iis appellandis secuti sint rationes et quas significationum mutationes singulae voces, dum in ore populi vivae essent, subierint. Quas quaestiones qui tentaverit, ei multa inde redundabunt scitu dignissima, quae ad populorum ingenia varia vel ad linguarum historiam pertinent. Denique specialis quaedam erat causa quae ad tractandas has quaestiones nos impelleret. Fuerunt enim nec etiamnum desunt, qui linguae Aethiopicae copias ab indole linguarum Semiticarum aliquantum alienas et permultis vocibus peregrinis, maxime Africanis, permixtas censeant; sunt etiam alii, qui Aethiopicae linguae copias Hebraicae Aramaicae Arabicae copiis dignitate antiquitatis non pares sed fere omnes longe inferiores et nimis depravatas judicent. Quod utrumque verum esse in Grammatica nostra negavimus, et in lexico conscribendo id quoque spectavimus, ut singula linguae vocabula et vere Semitica esse et reliquias antiquissimi temporis permultas in se continere demonstraremus. Iis autem qui linguae Aethiopicae prosapiam vere Semiticam nobiscum agnoscunt gratum nos facturos existimabamus, si singulorum verborum proxime vicina et cognata, quae in aliis linguis Semiticis sunt, eruere tentaverimus.

At difficillimum erat hoc negotium nec via ab aliis literatis satis munita. In caeterarum enim, excepta Hebraea, linguarum lexicis etymologia miserrime neglecta jacet, et in solvendis Aethiopicae ipsius linguae quaestionibus etymologicis non multi sunt qui operam suam collocaverint. Ludolfus ipse in Syllabo vocum harmonicarum quem lexico annexuit ea tantum verba Aethiopica quorum harmonia cum caeteris linguis cuivis obvia erat recensere satis habuit, neque omnia quae proposuit probata sunt. Alia quaedam verba singula alii tractarunt majore vel minore cum successu [3]). Sed verborum pars plurima eaque difficilior a nemine tentata remanebat. Nihilominus impigre hoc negotium capessere non dubitavimus, neque est quod operae ei impensae nos poeniteat. Et ab initio quidem de verborum etymis et harmonia cum caeterarum linguarum verbis paulo fusius

1) ut መርዝም፡ ተመርሰ፡ አቃረየ፡ ተዐውገ፡

2) ut ምልጣን፡ አሩራይ፡ ኅበይ፡ al.

3) *J. A. B. Dorn* de psalterio Aethiopico 1825; *H. Hupfeld* in Exercitationibus Aethiopicis 1825; *Gu. Gesenius* in thesauro linguae Hebraeae; *F. E. Ch. Dietrich* Abhandlungen für semitische Wortforschung 1844; *H. Ewald* Lehrbuch der hebräischen Sprache, VI Ausg. 1855 et in aliis scriptis passim; *F. Tuch* de Aethiopicae linguae sonorum proprietatibus quibusdam 1854; de Aethiopicae linguae sonorum sibilantium natura et usu 1854; *nos ipsi* in Grammatik der äthiopischen Sprache 1857; *W. Wright* the book of Jonah 1857; *E. Schrader* de linguae Aethiopicae indole 1860.

tractare instituimus; mox autem, ne libri volumen justo magis extenderetur, summa adhibenda erat brevitas.

2) In omnibus igitur iis verbis quae eadem in caeteris linguis Semiticis usitata sunt voces harmonicas annotare satis habebamus, nec raro ad Gesenii thesaurum provocabamus qui de eorum etymis et consensu cum aliis linguis diligenter inquisivit. At permultas radices multaque nomina habent Aethiopes, quae in caeteris linguis eadem non inveniuntur. Ea omnia Geez linguae ita propria esse, ut eorum ne vestigia quidem in caeteris supersint, quis crediderit? Caeterarum enim linguarum Semiticarum si quis comparationem alius cum alia instituerit, facile inveniet, hereditatem communem quam e lingua primitiva acceperunt in nulla tam fide conservatam esse, ut nec ejus partem aliam perdiderit, aliam plus minusve transformaverit. Eandem Geez sermonis rationem fuisse ultro suspicamur, nec aliter se res habet. Plurima eorum, quae leviter observanti Aethiopibus propria et a reliquorum Semitarum linguis aliena videntur, altius scrutanti ex eadem prosapia prognata, quamquam transformata vel nova quadam ratione exculta esse apparebit. Tales autem linguae transformationes et numero et genere aliquantum discrepare ab iis, quas lingua apud alios Semitas subivit, nemo mirabitur, dummodo eam a communi matre prius, quam caeteras, avulsam esse et propriae suae indoli per longius temporis spatium indulsisse respexerit.

Varia autem sunt *transformationum* genera: transformationes sive literarum singularum sive radicum ipsarum, et transpositiones literarum radicalium.

Literarum permutationes quae in linguis Semiticis obtinere solent a Gesenio in Thesauro (Hebraeae potissimum linguae respectu habito) ad singulas alphabeti literas annotatae sunt. Nos ipsi in grammatica § 24—32, quales et quam variae in Geez lingua obtineant, describere tentavimus, et quamvis exempla ibi proposita non omnia etiam nunc tueamur, tamen eadem repetere taedet, nec nisi pauca, maxime quae ad permutationes rariores pertinent, hic adjiciamus. *Gutturales* አሀሐ nonnumquam e literis mutis [1]) et sibilantibus [2]) extenuatae sunt; ሀሐዐ etiam literae *r* aliarum linguarum respondent [3]); literas አ et ሀ, አ et ዐ, ሀ et ሐ et ኀ inter se ipsas vicinas esse satis notum est, sed etiam ዐ et ኀሐ nonnumquam permutantur [4]). *Palatales* ገከቀ non tantum inter se ipsas facile alia in aliam transeunt, sed etiam gutturalibus ሐኀዐ(ሀ) affines sunt et crebro cum iis permutantur [5]). Literae Arabum غ praeter ዐ etiam ቀ [6]) et ከ [7]),

1) አኀረ et ደኀረ, et vice versa nescio an ጸደለ et צהל.

2) ut ሀረከ፡ ሐረገ፡ ሀበበ፡ ሀኰሬ፡ ሖረ፡ ሐቤ፡ መሐወ፡ አየየ፡

3) ሀደመ፡ ሐመድ፡ ሐመገ፡ ሐብቀቀ፡ ዐቀበ፡

4) vid. ርኅበ፡ በጥሐ፡ ጸውዐ፡, ጽሕደ፡ et ጽዕደ፡, ጽሕበ፡ ፀመፀ፡ ጸንሐ፡ al.

5) vid. de ሐ et ኀ ልብሐ፡ ሐመዳ፡ ሐረጸ፡ ሐሰወ፡, ሐሰ፡ et ኮሰ፡, ሕንብርብሬ፡ ሐዳፍ፡ ርኋም፡, ቀረጸ፡ et ኀረጸ፡, ቀብአ፡, ቀደፈ፡ et ኀደፈ፡, በኊበኈ፡ ኀበነ፡ ኀሠዘ፡ ኀጸረ፡ ናሕሰ፡ ነከነከ፡ et ናሕንሐ፡, አምኀ፡ ኩፍ፡ ዝከር፡ et ዝኀር፡, ዛጕል፡ ይኀአ፡ ጽሕም፡ al.; de ዐ አስቆረረ፡ ተኰላ፡ ጌገየ፡ ተከየደ፡ ጸጕር፡ ጸግበ፡ ዐጠነ፡; de ሀ ጸገየ፡

6) በልቀም፡ በቅል፡

7) ከርቤ፡

maxime ገ [1]) respondent. Literae የ cum ገ vel ከ permutatae praeter ይክተሙ፡ገሠጸ፡ nulla habemus exempla. Inter *dentales* Aethiopes multo crebrius fortissima ጠ pro ደ et ተ [2]), quam ደ pro ተ et ጠ [3]) et ተ pro ጠ [4]) utuntur. *Sibilantium* aliarum cum aliis permutatarum exempla multa sunt [5]); etiam dentalium et sibilantium commutationes satis notae sunt [6]). *Labialium* transitus aliarum in alias permultis probantur exemplis, non tantum በ et ወ [7]), በ et ፈ [8]), sed etiam ወ et ፈ [9]), ወ et መ [10]), መ et በ et ፈ [11]). *Nasalis* መ ut labialibus affinis est ita nasali ነ [12]); nasalis ነ autem cum liquida ለ haud ita raro permutatur [13]) nec non cum ረ [14]), quae literae ለ vicina est. *Liquidarum* ረ et ለ alius in aliam transitus facillimus est [15]); de ረ et gutturalibus vide supra c. XVIII; etiam cum sibilantibus [16]) permutatur ረ; raro ለ e ደ mutata est [17]).

Aliae differentiae in ipsa *radicum formatione* continentur, prout sive e radicibus Semitarum primitivis novae radices variis in linguis varie excultae, sive radices secundariae ipsae, quas hereditate acceperant, ab Aethiopibus transformatae sunt. Qua de re hic quaedam annotare juvat; alia in gramm. § 66—73 exposita sunt. Geez lingua nonnumquam radices mediae geminatae (contractas) habet, ubi in caeteris linguis concavae vel triliterae formatae sunt [1]), et vice versa pro contractis caeterarum sive concavas [2]) sive radices tertiae የ et ወ [3]), et exhibet radices tertiae ወ et የ, ubi in aliis radices concavae [4]) vel primae ወየ [5]) inveniuntur, rarius concavas pro radicibus tertiae ወየ [6]) vel pro variis aliis reliquarum linguarum [7]). Novas radices habet formatas sive praefixa አ vel ዐ [8]), vel ወ [9]), vel ነ [10]), vel መ [11]), vel ተ [12]), quae passim in ደ abit [13]), vel ሰ [14]), quae passim in ጸ mutatur [15]), sive inserta gutturali [16]), vel semivocali in gutturalem transmutata [17]), sive affixa የ et ወ [18]), vel አ et ዐ [19]) vel ተ [20]) vel ነ [21]) vel ሰ [22]), vel ቀ [23]). Inseruntur etiam in formandis radicibus vel nominibus pluriliteris literae ረ [24]), ተ [25]), plerumque ነ [26]). De reliqua quadriliterarum formatione vid. gramm. § 71—73.

Denique permulta verba novas induerunt formas *transpositis*

---

1) ዘንጐጐ፡ገመነ፡ጌገየ፡ገዝአ፡ጌመ፡ጌሰ፡

2) ሠጠቀ፡ስሕጠ፡ሶጠ፡ሰፈጠ፡ወለጠ፡ወጠነ፡ዐበጠ፡ጠቀለ፡ጠቀመ፡ጠቀበ፡ጠቅዐ፡ጠበቀ፡ጠንቀቀ፡ጠየቀ፡ፈጠነ፡

3) ሐዳፍ፡መዐደ፡ውኅደ፡

4) ቀተለ፡ቀተረ፡ከሠተ፡

5) vid. de ዘ et ሰ س ش ث ሰበረ፡ et ዘበረ፡, ሐዘበ፡ et ሐሰበ፡, በዘተ፡ዘርቅ፡መዝርዕ፡ዘብድ፡ዘንገዐ፡ዘፈር፡ገዝፈ፡; de ዘ et ጸ ص ዘመደ፡ et ፀመደ፡, ዘረበ፡ et ጸረበ፡, ቤዝ፡ሕምዝ፡; de ሰ ሠ et ز ن ሰንጐጐ፡ሳሕስሐ፡ሰሰለ፡ዐሰበ፡ዐጽቅ፡; de ሰሠ et ጸ ض ሰበበ፡ሰኖባር፡, ሰፍሐ፡ et ጸፍሐ፡, ሠሐቀ፡አስፈር፡ሰፈወ፡በስበሰ፡ዐናስር፡ፈሥሐ፡; de ጸፀ et ز ض ጽሕም፡ጸአመ፡ጸገወ፡ፀሐሰ፡; de ጸፀ et טש ፀመፀ፡ፅጌ፡ጽህቀ፡ጸረ፡ጼነወ፡ጸግበ፡ፀቈነ፡ፀዓዕ፡ፄወወ፡ዓፄ፡ጸልአ፡ጸጕር፡ al.

6) vid. ሰርሐ፡ሰቈረ፡ሰበረ፡ቈጸረ፡በፀወ፡ደምፀ፡ጥንፍሕ፡ጠቀ፡(ጠፈረ፡)ጸዐነ፡ጽግንት፡ፀሐሰ፡ፀርፈ፡ al.

7) vid. ሆባይ፡ሀውለየ፡ et ሀብለየ፡, ሐወለ፡ et ሐበለ፡, መረብ፡, ሠወጠ፡ብርዕ፡, ዋህውሀ፡ወልወለ፡ወለጠ፡ዋከየ፡ወጠነ፡ጸረ፡ጸወተ፡, ፀወሰ፡ et ፀበሰ፡

8) vid. ኀፈጠ፡, በለጸ፡ et ፈለጸ፡, ነጠበ፡ et ነጠፈ፡, በዘተ፡ወፈረ፡(ዘለፈ፡).

9) ፈቀረ፡ሐወጸ፡

10) መዓር፡መዐደ፡መዘነ፡(መንጢጥ፡መርሐ፡)ወሰቀ፡ et መሰከ፡, ውኅደ፡(ሐወዘ፡); adde Tigr. ወነ፡ et መነነ፡, ወንበር፡ et መንበር፡ al.

11) መሐለ፡መሐዘ፡መተረ፡መከረ፡ብህለ፡ብዕለ፡ባልሐ፡ et መልኅ፡, በረረ፡ብንት፡አነመ፡ዐተመ፡ፈሐቀ፡ፈኀረ፡; adde Tigr. ዘመን፡ et ዘበን፡ al.

12) መሰቀ፡ et ነሰቀ፡, ሐሜት፡ et ሐኔት፡, ዘመወ፡ et ዘነየ፡, ጽሕም፡መፀወ፡ al.

13) ረሐለ et ረሐነ፡, ግንፋል፡ et ግልፋል፡, ጸልአ፡ለሐወ፡ለከፈ፡ተንተነ፡ነጠየ፡ሰንሰል፡; cfr. Tigr. ለጽሐ፡ et ነጽሐ፡ ዘለመ፡ et ዘነመ፡

14) ተንተነ፡ዐጠነ፡ዘንመ፡አነመ፡ደንደር፡(ጠፈረ፡).

15) ላኅልኅ፡ et ራኅርኅ፡, ሐረረ፡ et ሐለለ፡, መርመሬ፡በቀለ፡አባል፡ጸዐለ፡ፈለጠ፡ፈለጸ፡

16) ኀየሰ፡ንእሰ፡ዐተር፡(ግሕሠ፡ገሠጸ፡).

17) ነገለ፡ነገድ፡; fortasse መስወል፡ et መስወድ፡

---

1) መነነ፡ሠረረ፡ሰረረ፡ሰቈቈ፡ገተተ፡ፈገገ፡ነፍነፈ፡, ዐረረ፡ et ዐረየ፡

2) ሞቀ፡ፆመ፡ኬደ፡ዴጠ፡ሰወረ፡

3) II በከየ፡ደበየ፡ደበወ፡መሰወ፡ነቀወ፡

4) vid. ሀለወ፡ሀፈወ፡ሐቀወ፡መረየ፡ኀለወ፡ኀለየ፡ኀርየ፡ነዐወ፡ዐለወ፡ዐለየ፡ጠሰየ፡ፀመወ፡

5) ut ሰጠወ፡ שטה, ኀተወ፡ יקד.

6) vid. ጌሰ፡ጊወወ፡

7) vid. ሔከ፡ሔበ፡ቤጸ፡ቀየመ፡

8) አከለ፡ዐረፈ፡ዐንዘረ፡ዐዘረ፡ዐጠቀ፡

9) ወሐከ፡ውኅጠ፡ወከፈ፡ወገዐ፡ወፈረ፡

10) ነሠገ፡ነዘረ፡ነገረ፡ነጸፈ፡ነፀረ፡(ንኅለ፡).

11) መቈሰ፡መበለ፡መከነ፡መገበ፡ (et multa quadrilitera).

12) ተከለ፡ et ወከለ፡, ተከተ፡ተከዘ፡ቶስሐ፡ተወነ፡ተገረ፡ተፈየ፡

13) vid. ደረከኖ፡ድርገሓ፡ደኅብያ፡; an etiam ጠ in ጠፍላሕት፡?

14) ሰዘረ፡ሰረገላ፡ሰንቀወ፡አስያዘዘ፡

15) ጸምላጥ፡ጸብረቀ፡

16) ርሕሰ፡ልሕደ፡ናሕሰየ፡ብህለ፡ዛህለለ፡ጐህነ፡ከዐበ፡

17) ምህከ፡ብዕለ፡ክህለ፡ጠሐለ፡ጽህቀ፡ሠዐለ፡ጸዐረ፡

18) ሠነየ፡ዐፀየ፡ለበወ፡ገጸወ፡ሀውለየ፡ሐብለየ፡ደርበየ፡ጐንደየ፡ሰርገወ፡ቃዕደወ፡ዜነወ፡ቤዘወ፡ጸልሐወ፡ጼነወ፡

19) ወሥአ፡ከፍአ፡ጐድአ፡ጠልዐ፡ወልዐ፡ጠብዐ፡ቈጥዐ፡መሥኵዐ፡; vid. etiam ጥንፍሕ፡

20) ስሕተ፡ብሕተ፡ከፀተ፡ፈየተ፡ዐገተ፡ጸበተ፡ et ጸበየ፡ (fortasse አኰተ፡ siquidem a נאה آنى).

21) ወጠነ፡መጠነ፡መአነ፡ሰፈነ፡ባህነነ፡ፀቈነ፡ (fortasse ቀዐነ፡ si quidem pro ዐቀነ፡ ex قنى) et vice versa ዘበየ፡

22) ወደሰ፡ጸነሰ፡ፀነሰ፡(ጠበሰ፡ዘልገሰ፡), collato ሠረጸ፡ et ደነጸ፡

23) ዐረቀ፡ጠረቀ፡ጸፈቀ፡

24) ሀርበደ፡መርሰሰ፡

25) ሐርተመ፡ኰስተረ፡(ገፍትአ፡).

26) ሰንአለ፡ከንፈር፡ዐንበዘ፡ዘንገዐ፡ዘንጐጐ፡ገንጸለ፡ጠንቈለ፡ፀንገዐ፡ግንፋል፡ድንገል፡ደንቀወ፡ድንቡስ፡ድንቀት፡ፀንፈርት፡; ድሕንፃ፡ድርንቅ፡ጽርንዕት፡ al.

literis radicalibus, maxime liquidis [1]), vel nasali ን [2]), vel sibilantibus [3]), vel aliis [4]).

His variis transformationum generibus satis respectis multa quae Geez linguae propria sunt ad communem Semitarum hereditatem revocari poterant. Sed omnia ne sic quidem explanare licebat. Neque enim omnino negandum est fieri potuisse, ut singulae hereditatis Semiticae particulae in solis linguis meridionalibus (Himjarica et variis Abyssinicis) conservatae essent: eas ex Arabica et septentrionalibus linguis illustrare frustra tentaverimus, ex meridionalibus autem explicare ideo nondum possumus quod hae ipsae aut prorsus fere ignotae aut non satis cognitae sunt. Alia dubia relinquenda erant quia significationes radicum verborumve primitivae, quae solae in comparandis linguis viam rectam monstrare possunt, Abyssinis deperditae sunt. Ea nonnisi conjecturis tentare vel, quaestionibus propositis, aliorum virorum investigationibus commendare potuimus.

Ad obscuriores linguae partes potissimum referenda sunt nomina varia ea, quorum nulla in Geez superest radix, maxime plantarum, animalium, vasorum, utensilium. Sunt quidem quorum etyma ut erueremus nobis contigit vel contigisse videtur, sed haud pauca nostris investigationibus repugnabant, nec minimo erat impedimento, quod accuratae rerum quae illis nominibus appellantur vel quondam appellatae sunt descriptiones adhuc desiderantur. Eorum quaedam a vicinis Africae populis petita esse non ii sumus qui omnino negemus. Illis accedunt nomina mensium: paucorum tantum (ut መስከረም፡, ስኔ፡) etymon satis liquet; conjecturae autem, quibus caetera illustrare conabamur, vel incertiores vel longinquiores sunt, quam quae in lexico notari possint; tamen eorum quoque etymon Semiticum non dubitamus.

3) In his autem disquisitionibus et etymologicis et comparativis ultra fines linguarum Semiticarum non transgressi sumus. Quod nemo mirabitur qui, quantum intempestiva linguarum peregrinarum, maxime Indico-Persicarum et Europaearum, comparatio lexicographiae Hebraeae nocuerit non ignorat. Inveniuntur quidem ut in quavis lingua ita in Geez verba, maxime nomina, peregrina, quae cum ipsis rebus quae iis appellantur ab aliis populis desumta et in linguam vernaculam quasi adoptata sunt, sed verba vere Aethiopica e linguis peregrinis eruere nihil juvat. Nos ipsi quidem quondam censebamus fieri potuisse, ut Aethiopes ab iis populis quibuscum commercium habebant (ut Aegyptiis et Indis), plura suae linguae elementa petiissent, sed nihil hujus generis nobis probabatur. Quae Geez sermoni soli (nec aliis quoque linguis Semiticis) cum lingua Coptica communia sunt, paucissima sunt (ut ቃስ፡ብኄ፡ብርስን፡ነት፡አሓ፡; de ሜጠ፡ nunc ipsi dubitamus); Indicum vix unicum vocabulum ነጌ፡ videtur; alia autem ut nomina gemmarum, aromatum, utensilium (ut ልክ፡ሰንጠ ረጅ፡ ኒል፡ al.) per caeteros quoque Asiae populos latius propagata et a Syris, Persis, Arabibus petita sunt. Verborum peregrinorum autem omnino duo sunt genera. Alia, quae interpretes librorum Aethiopes in linguam suam vertere aut noluerunt aut nequiverunt, multa occurrunt, maxime Graeca, Hebraea, Arabica, sed de his non est quod amplius disseramus. Alia autem, minus e libris quam e commercio populorum peregrinorum petita, vere in usu linguae recepta sunt. Eorum longe plurima Aramaeis, Graecis, Arabibus debentur. Ab Aramaeis et Judaeis Aramaice loquentibus ut Arabes ita Aethiopes multa nomina et verba, maxime quae ad res sacras et literarias pertinent (plurima sine dubio jam eo tempore quo Arabiae meridionali imperabant et cum Judaeis Arabiae commercium habebant) adoptarunt [1]). Deinde cum Graecis Aethiopes, et priusquam et postquam ad doctrinam Christianam conversi sunt, commercium habebant frequentissimum: ab iis petierunt non tantum permulta quae ad res Christianas [2]), sed etiam alia quae ad res mundanas [3]) referuntur; nonnulla inferiore demum aetate ab Arabibus didicisse videntur [4]). Deinde eo tempore quo lingua Arabica in Aegypto imperium obtinebat, verba et nomina Arabica adoptare coeperunt [5]), sed ea (inprimis stirpes verbales), ni forma vocabuli originem peregrinam indicaverit, difficilius ab iis quae antiquitus Aethiopica erant distinguuntur, nec numquam inferior libri in quo leguntur aetas unicum peregrinorum indicium est.

4. *Explicatur quam in digerendis et describendis linguae copiis et in allegandis testimoniis secuti sumus rationem.*

1. In lexico vocabula linguae usitata describenda et exponenda sunt. Nec nobis dubium erat, quin etiam verba peregrina ea quae in usu linguae vere recepta sunt in eo recensenda essent. Sed in libris Aethiopicis quorum permulti ex aliis linguis versi sunt multa reperiuntur verba quae ex illis linguis desumta neque in communem usum abierunt neque Aethiopibus ipsis satis intellecta sunt. Ea cum verae linguae partes non censenda sint, a lexico proprie dicto segregavimus et in Appendicem remisimus. Pariter eas quoque voces quae nonnisi in Vocabulariis Aethiopico-Amharicis et in Radicum collectione (vid. supra c. XV) inveniuntur, vel eas quae in libris quidem semel

---

1) ሀጐለ፡ልሕቀ፡ለሐኰ፡ለመጸ፡ሐቅል፡ምሕረ፡ረምሰሰ፡ሰለቀ፡(ቀብለ፡)እግር፡ወለጠ፡ዐብረ፡ድጐልማ፡, ጐሐለ፡ et ጐልሐ፡, ጻሕል፡

2) ሐነጸ፡ሰንአ፡ናእከ፡ንዋይ፡

3) ስሕከ፡ቀፈጸ፡ነሥተ፡, ነሰከ፡ et ነከሰ፡, ዐጸፈ፡(ዘወፈ፡) ፈወሰ፡

4) ደቅሐ፡ ሐቀፈ፡ መትከፍት፡ al.

---

1) ut ሃይማኖት፡መሃይምን፡ሀይከል፡መሲሕ፡ምጽዋት፡ረባን፡ሰንበት፡ሲኦል፡ሰይጣን፡ቀሲስ፡ኖናፌ፡ተርጐመ፡ታቦት፡አረሚ፡አሪት፡ዐርብ፡(አጥሀረ፡?)ጣዖት፡ፍርቃን፡; alia quoque ut መናረት፡ቆብዕ፡(መንሱት፡?)ሐኖት፡ጥብዖት፡ምስኪን፡ቶራ፡ቅኑም፡ተልሚድ፡

2) ut nomina Christi, Christianorum, clericorum, monachorum, ምስጢር፡, አስኬማ፡ሲኖዶስ፡ስንክሳር፡ቀኖና፡አጰንገለ፡አረበን፡ al.

3) ut ፈላስፋ፡ዘውግ፡ስንዳሌ፡ስንዶን፡ብሉኔ፡ኖትያዊ፡መንገን፡ሰሊዳ፡አርጋኖን፡አየር፡ግብስስ፡ጤገን፡ፈላቅ፡ፍያል፡አስፋሬዳ፡እስክሬን፡, quare etiam ወልታ፡ et ደብተራ፡ ex eodem fonte derivata suspicamur.

4) ut መንዲል፡ቀንዲል፡ተርሙስ፡ al.

5) ut ሚራክ፡ርኳም፡ታሪክ፡ቀሚጽ፡በለሳን፡ነፍጥ፡ቅጥራን፡ጠለመ፡ቀለበ፡ al.

occurrunt sed aut suspectae aut obscurae sunt, seorsim in Appendice enumerare maluimus, ne recensio verborum vere Aethiopicorum iis interrumperetur et perturbaretur. Ibidem collocavimus indiculum nominum propriorum, ob voluminis angustias compendiose scriptum, nec nisi pauca nomina propria [1]), quae testimoniis probanda viderentur, vel alias ob causas, in lexico ipso exposuimus. At nomina literarum alphabeti Hebraea et nomina mensium Coptica aliaque, ut quae in libris Aethiopicis haud raro occurrant, lexico ipsi inseruimus, eademque de causa etiam voces quasdam Amharicas [2]) recepimus.

2. In digerenda lexici materia ordinem radicum secuti sumus et singula vocabula ad eas a quibus derivata sunt vel derivata videntur radices revocavimus. Excepta sunt ea, quorum etymon obscurum est [3]), nec non nomina peregrina, ex aliis linguis adoptata; ea secundum ordinem literarum a quibus incipiunt collocavimus. — Singulas radices cum derivatis et singula nomina peregrina vel quorum radix ignota est lineis crassioribus subnotatis a se invicem distinximus. — Inter vocabula ab una eademque radice derivata stirpem radicis verbalem simplicem secundum morem in lexicis Semiticis usitatum primo loco posuimus, nec nisi ubi stirps verbalis manifesto denominata est [4]), a stirpibus nominalibus exorsi sumus. Ubi autem radicis cujusdam nullae stirpes nisi nominales formatae exstant, radicis formam verbalem fictam (i. e. tertiam Perf. Sing. masc.) modo expresse exhibuimus [5]), modo brevitatis causa omisimus [6]). Radices pluriliteras plerumque suo quamque loco secundum literarum ordinem alphabeticum, non sub radice primitiva ponere consuevimus [7]); paucas, cum nulla alia radix ex ordine alphabetico interponenda esset, ad suam primitivam radicem adjunximus [8]). At ea verba plurilitera, quae vel manifesto denominativa sunt [9]), vel ad intendendam vel deminuendam significationis vim duplicatis singulis radicalibus e radice trilitera formata sunt [10]), sub radice simplice exhibuimus. — Radicum stirpes verbales varias secundum ordinem in gramm. § 75 et § 85 propositum digessimus, nec formas tantum ipsas, quas singulae in tertia Perf. Sing. masc. persona habent, exscripsimus, sed etiam numeris appositis singularum stirpium ordinem indicavimus; de stirpis intensivae forma amharizante quam in grammatica non memoravimus [11]) ad Isenbergi grammaticam Amharicam provocavimus. Infinitivi sub verbi formis, non inter nomina collocati sunt. Singulis stirpibus verbalibus simplicibus (I, 1) etiam formam Subjunctivi vel Subjunctivi et Imperativi; iisdemque et caeteris omnes formas eas quae vel ex usu linguae solo cognosci possunt vel a communi formationis lege aliquid alieni praebent expresse adscripsimus. In disponendis autem nominibus a participiis stirpis I, 1 exorsi per stirpium nominalium genera varia, simplicia et composita, ex ordine progrediebamur. Omnibus nominibus vel pronominibus eas femininorum vel Pluralium formas quae ex usu tantum cognosci possunt annotavimus. Etiam nominum substantivorum genera (nempe num masculina sint an feminina), licet plurima ambigua sint, tamen expresse annotare maluimus, et rarius tantum, ubi exempla fida deerant, omisimus. Praeter formas verborum et nominum etiam significatus et usus accuratius describendus erat, neque pronomina et vocabula linguae inflexibilia, quae a Ludolfo neglecta sunt, praetermittenda erant. — Singulorum vocabulorum significationes ita dispositas esse, ut a primitivis ad derivatas progressus fieret, vix opus est dicere. Significationum autem quae sint principales quae secundariae vel adventiciae ut facilius conspicuae essent, diversis typorum formis eas distinguendas curavimus.

3. Omnes quas in lexico recensuimus voces et phrases vocumque significationes vel formas testimoniis allegatis probavimus. Et earum quidem quae rarius vel rarissime occurrunt testimonia quotquot habebamus adscripsimus; usitatiorum autem vel tritissimarum quae innumeris in locis leguntur documenta tantum selecta exhibuimus. In deligendis autem documentis libri antiquiores, cum Geez linguae monumenta sint puriora et meliora, ante caeteros respiciendi erant, inter eosque scripta biblica longe frequentissime a nobis allegata esse nemo mirabitur, qui quantum momenti Bibliorum versio ad excolendas Aethiopum literas habuerit secum consideraverit. Accedit 1) quod Bibliorum pars alia typis edita in cujusvis manu est, alia mox edenda erit, ad caeteros autem libros Aethiopicos lecturis aditus haud ita facilis est; 2) quod libri biblici secundum numeros capitum et commatum [1]), in quae e communi usu divisi sunt, facilius et accuratius allegari possunt quam caeteri libri. Ex illis igitur libris postquam testimonia potissima et satis copiosa exscripsimus, locos probantes e scriptis inferioris aetatis aut omnino praetermisimus aut paucos tantum, maxime eos qui varias ob causas quodammodo memorabiles videbantur, addidimus. At quaecumque e libris antiquioribus aut non satis aut omnino non probari poterant, eorum testes e libris inferioris aetatis prolati sunt. Quo effectum est, ut lectores ipsi dijudicare possint, non tantum qua auctoritate res a nobis propositae nitantur, sed etiam quae ad usum loquendi recentiorem, quae ad antiquiorem pertineant, quae communi usu recepta, quae rariora sint. Testimonia a Ludolfo allegata, quotquot proba aestimari poterant, in nostro opere recepimus. Varias voces et significationes quas nos quidem nusquam legimus Ludolfus vel a Gregorio suo acceperat vel nulla omnino auctoritate allegata proposuerat: eas praetermittere noluimus, sed annotare unde haustae sint nusquam omisimus (sc. addito: Lud., Lud. auct. Greg., Lud. sine auct.). Ita summam libri Ludolfiani in nostrum opus traduximus.

In allegandis autem testimoniis modo locos librorum secun-

---

1) ut ሌዋዊ፡ አሉፍሊ፡ ግዕዝ፡ ይሁዳ፡ cum derivatis, al.
2) ut ሐጌ፡ መንክ፡ ሰንጠረጅ፡ al.
3) ut ዮጊ፡ አሜከላ፡ መንዝር፡ al.
4) ut ለበወ፡ ለጐመ፡ ሐመለ፡ ዐየነ፡ al.
5) ut ኀበበ፡ ዖመ፡ ቀሙቅሐ፡ al.
6) ut ቈቃሕ፡ ዖፍ፡ ዐጽቅ፡ ፀሓይ፡ al.
7) ut መዝመዘ፡ non sub መዘዘ፡, ፀንግዐ፡ non sub ፀግዐ፡, ሰንቀወ፡ non sub ነቀወ፡
8) ut ደምሰሰ፡ ad ደመሰ፡
9) ut አማሕፀነ፡ sub ሐፀነ፡; አማዕረረ፡ sub መዐር፡
10) ut ሐዘንዘነ፡ sub ሐዘነ፡; ማሕለለ፡ sub መሐለ፡; አኀሰርሰረ፡ sub ኀሰረ፡
11) sc. ተመያየጠ፡ ተመላለሰ፡ ተዐማመቀ፡ ተደማመረ፡, coll. ተቃበበለ፡

---

1) In allegandis libris biblicis iis qui nondum typis editi sunt plerumque capita et commata in versione Graeca recepta secundum editionem Tischendorfianam secuti sumus.

dum numeros foliorum vel paginarum vel capitum et commatum vel sectionum, stropharum al. citare satis habuimus, modo ubi ad formas, significationes, phrases probandas et exponendas necessarium videbatur, locos ipsos, quamquam compendiose, exhibuimus, nec raro locorum difficiliorum et ambiguorum vel versionem nostram vel verba Graeca e quibus versi sunt adscripsimus. Pariter locos ipsos exhibuimus, ubi iis res aliis de causis cognitu dignae continentur [1]). Alios locos copiosius excerpsimus, quia vel ad definiendas vocum significationes multum efficiunt [2]), vel plura simul ibi inveniuntur vocabula rariora [3]); quibus locis semel exscriptis posthac sub aliis vocabulis ad eos provocare satis erat.

Denique etiam glossas quae in Vocabulariis et in Abbadiana radicum collectione exhibentur singulis vocabulis descriptis sub finem adjecimus. Quamquam enim plurimae ad exponendas significationes parum utiles sunt, tamen exegeseos vernaculae documenta videntur haud omnino contemnenda.

5. *De orthographia.*

Reliquum est ut leges quas in scribendis vocabulis Aethiopicis secuti sumus paucis exponamus. Sunt enim literarum genera quatuor, sc. ሀሐኀ, ሠሰ፡, ጸፀ, አዐ, quas Aethiopes amharizantes singulas a viciuis pronunciando distinguere desierunt et scribendo promiscue adhibere consueverunt (vid. gramm. § 24. 31). Quae pronunciationis et scriptionis labes jam Ludolfi aetate inveteraverat, quam ob rem ei de remediis adhibendis cogitandum esse videbatur. Erant quidem prioribus saeculis vocabula, ad quae nondum penetravisset (exempla habes in gramm. l. c.), sed his novissimis saeculis tam late serpsit, ut in libris recens scriptis ne unum quidem vocabulum intactum relinqueretur (ex. gr. pronomen suff. ሁ፡ etiam ኍ፡ et ሑ፡ scribitur) et ne unius quidem vera pronunciatio et scriptio inde cognosci posset. Sed etiam codices antiquiores et antiquissimi quos habemus (sunt enim vix quatuor vel quinque saeculis antiquiores) eadem corruptione, quamquam minus, infecti sunt. Magnae inde et lexicon conscripturo et etyma exploraturo exoriuntur difficultates. Remedia autem circumspicienti nihil se offert nisi linguarum Semiticarum aliarum, maxime Arabicae, comparatio. Ex ea normas orthographiae petendas esse jam Ludolfus vidit. Nam cum multa verba Aethiopicae linguae cum caeteris communia sint, orthographia autem in illis satis certa et constans sit, facile inde disceptari posse videtur, quae sit verborum Aethiopicorum scriptio vera. Hanc disceptandi normam bonam esse eo quoque probatur, quod scriptiones ad eam constitutae cum scribendi legibus in melioribus codicibus Aethiopicis observatis concordare solent. Sed omnia ex ea disceptari nequeunt. Nam permulta sunt vocabula, quibus quae in aliis linguis respondeant dubium est, eoque magis dubium, quo incertior Aethiopica eorum scribendorum ratio est. Nec desunt alia, quae eadem nonnisi in lingua Hebraea vel Syriaca nec in Arabica conservata sunt (ut መጽአ፡, I ጸብአ፡, ወፅአ፡, ኀብረ፡). At illis linguis cum distinctio sonorum ጸ et ፀ, ኀ et ሐ nulla sit, iis solis non vel raro tantum [1]) probari potest, utrum ጸ an ፀ, ሐ an ኀ scribendum sit. Denique sunt quae in caeteris linguis vicina sua quidem vel radices suas habeant, sed non plane consonent (ut ኀጸረ፡ קצר قصر, ተኍአ፡ חוק, ጕድዐ፡ כדר כתת); quod si ita se habet, scriptio plerumque incerta relinquitur, quamquam fieri potest, ut normae ad quas literae vicinae permutari solent, aliunde notae, subveniant [2]). Denique negari non potest, pronunciationis Aethiopicae jam antiquioribus temporibus discrepantiam quandam fuisse ab Arabica: exemplis sint ኀየለ፡ et ሀለወ፡, quorum sonus initialis satis constanter ኀ et ሀ scriptus erat, quamquam Arabice حول et حيل respondent. Unde illam quoque normam quam Ludolfus proposuit ad omnia disceptanda non sufficere apparet.

Quae cum ita sint, nobis quidem observatio orthographiae in antiquioribus et melioribus libris usitatae non negligenda videbatur. Quamvis enim ne in illis quidem verborum scribendorum ratio satis constans sit, tamen constantior est quam in recentioribus, ejusque observatione aliquid certe ad definiendam veram pronunciationem et scriptionem effici posse videtur. Hanc igitur tamquam alteram normam in definienda orthographia secuti sumus. Nonnumquam ei cessimus, quamvis vel etymon vel reliquarum linguarum comparatio aliam scriptionem suaderent [3]). Ubi autem neutra norma adhibita certi aliquid eruere potuimus et ipsi dubii haesitavimus, annotatione addita [4]) dubitationem nostram indicavimus.

Quas ad regulas scriptionem cum conformaremus, contigit, ut nostra orthographia cum Ludolfiana plerumque conveniret. Nec nisi in adhibendis literis ሰ et ሠ, quarum potestatem Ludolfus minus recte intellexerat (vid. gramm. § 30), crebrius a Ludolfi via recedendum erat.

---

1) ut sub ፈንከሰ፡ፈደለ፡

2) ut sub ሕጌ፡, ተድኅነ፡

3) ut sub ምሕን፡መንዲል፡አንሳሕሰሐ፡ዐቃር፡

1) ex. gr. ወፅአ፡, non ወጽአ፡ scribendum videtur, quia יצא Syriace ܐܦܩ sonat.

2) ex. gr. cum ק literae ኀ magis quam ሐ vicina sit, sequitur ኀጸረ፡, non ሐጸረ፡ scribendum esse.

3) vid. sub ሠለጠ፡ሠዐለ፡ቀሠመ፡ሠረየ፡ዐንዘረ፡አዘዘ፡ፈጸመ፡; quamquam etiam vice versa, etymo cedentes, ex. gr. ዐንበሳ፡ኀለየ፡ሐለየ፡ pro usitatiore አንበሳ፡ሐለየ፡ኀለየ፡ scripsimus.

4) ut: ሐጸየ፡ vel ሐፀየ፡; ዐገሠ፡ etiam ዐገሰ፡

VI. Sigla in nostro opere adhibita explanantur.

Sigla	Explicatio
a A.	ab Abbadie acceptum.
d'Abb. Cat.	d'Abbadie Catalogue de Manuscrits Ethiopiens. Paris 1859. 4°.
abs.	absolute.
abstr.	abstractum, -e.
Abt.	Abtelisat. } pars Synodi. Numerus significat canones.
II Abt.	Abtelisat II^{ae} recensionis. } pars Synodi. Numerus significat canones.
Abush.	Abushakeri opus chronographicum; numerus significat capita.
Acc.	Accusativus.
Act.	Actus apostolorum.
adj.	adjectivum.
adj. rel.	adjectivum relativum.
adv.	adverbium, adverbialiter.
Am.	Amosi prophetia.
amh.	amharicus, -e.
ann.	annotatio.
ap., apcr.	apocryphus.
Apoc.	Apocalypsis Joannis.
Apoc. Mar. Joh.	Apocalypsis Mariae a Joanne conscripta.
ar., arab.	arabicus, -e.
aram.	aramaicus, -e.
Asc. Jes.	Ascensio Isaiae ed. Laurence 1819. 8°.
Ath. de Trin.	Athanasius de Trinitate, pars libri Haimânôta-Abau.
auct.	auctore, auctoritate.
Baam., Vit. S. Baam.	Vita Sancti Baamini (in Cod. Berolinensi, a Ludolfo lecta).
Bar.	Baruchi liber apocryphus.
Barb., Vit. S. Barb.	Vita S. Barbarae (in Cod. Berolinensi, a Ludolfo lecta).
Bruc., Cod. Bruc.	Cod. Brucianus.
Bruce	Bruce, Reisen zur Entdeckung der Quellen des Nils, teutsch von Volkmann. Bd. 1—5. 1790—91. 8°.
Buxt.	J. Buxtorf lexicon talmudicum et rabbinicum, Basil. 1639. fol.
C.	Caput.
c.	columna.
Can. Anc.	Canones Ancyrani. } partes Synodi. Numerus significat canones.
— Ant.	— Antiocheni.
— Ap.	— Apostolorum.
— Gangr.	— Gangrenses.
— Laod.	— Laodiceni.
— Neoc.	— Neocaesarienses.
— Nic.	— Niceni.
— II Nic.	— — II^{ae} recensionis.
— Sard.	— Sardicenses.
Cant.	Canticum Canticorum.
Cant. Sam.	Canticum in Samuelis laudem compositum (a Ludolfo lectum).
Cat. Bibl. Bodl.	Catalogus Codicum Mss. Bibliothecae Bodleianae Oxoniensis P. VII, Codices Aethiopici, ed. A. Dillmann Ox. 1848. 4°.
Cat. Mus. Brit.	Catalogus Codicum Mss. Orientalium qui in Museo Britannico asservantur; P. III, Codices Aethiopici ed. A. Dillmann. 1847. fol.
c. c.	construitur cum.
cfr.	conferas.
Chr. ho.	Chrysostomi homiliae } in epistolam ad Hebraeos; citatur secundum numeros homiliarum vel Tagsâſsorum.
Chr. Ta.	Chrysostomi Tagsâſs } in epistolam ad Hebraeos; citatur secundum numeros homiliarum vel Tagsâſsorum.
Chr. L. Atq.	Chronica Liq. Atqu.
Chron. Ax.	Chronicon Axumiticum.
Clem.	Libri Clementis.
cod.	codex.
col.	columna.
Col.	ad Colossenses epistola Pauli.
coll.	collato, -is.
coll.	collectivum, -e.
Comp. Eccl.	Computus ecclesiasticus.
concr.	concretus, -e (opp. abstracto).
conj.	conjunctio.
Const. Ap.	Constitutiones Apostolorum.
II — —	— — II^{ae} recensionis } pars Synodi.
III — —	— — III^{ae} — } pars Synodi.
copt.	copticus, -e.
Cor.	ad Corinthios epistola Pauli I et II.
Curz.	Sir Robert Curzon, Britannus, codicum Aeth. possessor.
Cyr.	Cyrilli Alexandrini scripta (de recta fide; ad Reginas; ad Theodosium; colloquium cum Palladio; Homiliae; Epistolae).
Dan.	Danielis prophetia.
Deg.	Deguâ, thesaurus hymnorum ecclesiasticorum, Mss.
denom.	denominatus.
Deut.	Deuteronomium.
Did.	Didascalia Apostolorum; numerus significat capita.
Did. ed. Platt.	The Ethiopic Didascalia ed. Platt. Lond. 1834. 4°.
dupl.	duplex.
ead. q.	eadem quae.
ed.	edidit.
Enc.	Encomia Synaxarii, Actis singulorum dierum addita; citantur secundum menses et dies, vid. Sx.
Ep. Jer.	Epistola Jeremiae, apocrypha.
Eph.	ad Ephesios epistola Pauli.
Epil.	Epilogus.
Epist. Zar'a Jac.	Epistola Zar'a Jacobi regis, in Ludolfi Comm. Hist. p. 301 seq.
1 Esr.	Ezrae liber apocryphus (Graecus).
2 Esr.	Ezrae et Nehemiae libri canonici.
4 Esr.	Ezrae Apocalypsis; citatur secundum capita et commata editionis Laurentianae.
Esth.	Esther, liber biblicus.
Ex.	Exodus, liber Pentateuchi.
ex. gr.	exempli gratia.
Exp. Dec.	Expositio Decalogi, pars Synodi.
Exp. Fid. Nic.	Expositio Fidei Nicenae, pars Synodi.
Fal.	Maſshafa Falasfa.
Fek. Jas.	Fekârê Jasus.
fem.	femininum.
Fid. Jac. Bar.	Fides Jacobi Baradaei (pars libri Haimânôta-Abau).
F. M.	Faus Manfasâwi; numerus significat sectiones et capita.
F. N.	Fetha Nagast; numeri significant capita capitumque partes.
Form. Conf.	Formula Confessionis.
Francf.	Francofurtensis (codex).
Freytag	Freytag, lexicon Arabico-Latinum. Vol. I—IV. 1830—37. 4°.
Gad. Ad.	Gadela Adam.
Gad. Joh.	Gadela Abba Johanni.
Gad. G. M. Q.	Gadela Gabra Manfas Qedûs.
Gad. Kar.	Gadela Karazûn.
Gad. Lal.	Gadela Lalibela.
Gad. T. H.	Gadela Tacla-Haimânôt.
Gad. T. Zion	Gadela Tacla-Zion.
Gad. Za Mich.	Gadela Za-Michael.
Gal.	ad Galatas epistola Pauli.
Gen.	Genesis liber Pentateuchi.
Genz.	Maſshafa Genzat.
Ges. thes.	Gesenii thesaurus linguae Hebraeae et Chaldaeae Vol. I—III. 1835—53. 4°.
gl.	glossa.
gramm.	Grammatik der äthiopischen Sprache von A. Dillmann Leipz. 1857. 8°.
H. A.	Haimânôta-Abau; numerus significat sectiones.
Hab.	Habacuci prophetia.
Hagg.	Haggaei prophetia.
Harris	Harris, Gesandtschaftsreise nach Schoa. Deutsch von K. v. K. 1845—46. 8° Bd. 1 u. 2.
Hebr.	ad Hebraeos epistola.
hebr.	hebraice, vel secundum textum Hebraicum.
Hen.	Henochi liber, Aethiopice, ed. Dillmann 1851. 4°.
Herm.	Hermae pastor, Aethiopice, ed. d'Abbadie 1860. 8°.
Hez.	Hezekielis prophetia.
Hist. VII puer.	Historia VII puerorum, a Ludolfo lecta (in Cod. Berolinensi).
Hom.	Homiliae et Vitae Sanctorum, a Ludolfo lectae (in Cod. Berolinensi).
Hym. Mus. Brit. LIV, 7	Hymni in Codice Musei Britannici LIV Nr. 7.
Jac.	Jacobi epistola.
ib.	ibidem.
id.	idem.
id. q.	idem quod.
Jer.	Jeremiae prophetia.
Jes.	Jesaiae prophetia.
Impf.	Imperfectum.
Impt.	Imperativus.
Inf.	Infinitivus.
Inf. nom.	Infinitivus nominalis, nominascens
Inf. verb.	Infinitivus verbalis.
inus.	inusitatus.
Job	liber Jobi.

Joel	Joelis prophetia.
Joh.	Evangelium Joannis.
1, 2, 3 Joh.	Epistolae Joannis I, II, III.
Jon.	Jonae prophetia.
Jos.	Josuae liber.
Jud.	Judicum liber.
Judae	Judae epistola.
Judith	Judith liber apocryphus.
Jsp.	Josippon vel Pseudojosephus, Josephi Ben Gorion Historia Judaeorum.
Kebr. Nag.	Kebra Nagast; numerus significat sectiones.
Kedr	Maſshafa Kedr.
Kid.	Maſshafa Kidân Za-egziena Ijasus.
Koh.	Koheleth (Ecclesiastes), liber biblicus.
Kuf.	Kufâle sive Liber Jubilaeorum Aethiopice, ed. A. Dillmann 1859. 4°; citantur capita libri; nonnumquam, praemisso p., paginae.
l.	linea.
Laud. Mar.	Laudes Mariae.
Laur.	Laurence, Henochi, IV Ezrae, Asc. Jesaiae librorum editor.
Lev.	Leviticus, liber Pentateuchi.
lex.	lexicon.
Lib. Myst.	Liber Mysteriorum coeli et terrae, Aeth., Parisiensis, a Ludolfo lectus.
Lit.	Liturgiae in N. T. romano impressae; numeri significant folia et columnas.
Lit. Diosc.	Liturgia Dioscuri
— Epiph.	— Epiphanii.
— Greg.	— Gregorii.
— Joh.	— Joannis Evangelistae.
— Jo. Chrys.	— Joannis Chrysostomi.
— Jac. Sar.	— Jacobi Sarugensis.
— Orthod.	— 318 Orthodoxorum.
Luc.	Lucae evangelium.
Lud.	J. Ludolfus.
Lud. Hist.	Ludolfi historia Aethiopica. 1681. fol.
Lud. Comm. Hist.	— Commentarius ad suam Historiam 1691. fol.
m.	masculinum.
Macc.	Liber Maccabaeorum ficticius.
Machb. Meem.	Machbara Me'manân.
Mal.	Malachiae prophetia.
Marc.	Marci Evangelium.
masc.	masculinum.
Matth.	Matthaei Evangelium.
Mavâs.	Mavâs'et; numerus significat sectiones.
Mich.	Michaei prophetia.
M. F.	Maſshafa Faus.
M. M.	Maſshafa Mistîr.
Ms.	Manuscriptum.
Mss. Colb.	Manuscriptum Colbertinum, Parisiense, a Ludolfo lectum.
M. Tom.	Maſshafa Tomâr.
n.	nomen.
n. act.	nomen actionis.
n. ag.	nomen agentis.
nom.	nomen.
nomt.	nominativus.
n. pr.	nomen proprium.
n. prgr.	nomen peregrinum.
Num.	Numeri, liber Pentateuchi.
num.	numerale.
N. T.	Novum Testamentum.
Ob.	Obadiae prophetia.
obsc.	obscoene.
Oct.	Octateuchus Aethiopicus, ed. A. Dillmann. 1853. 4°.
opp.	oppositum, -o, -nitur.
Org.	Organon Mariae, numerus significat lectionem.
Org. Edz.	Organon Mariae, quod Ezra Edzardi Hamburgi possidebat, a Ludolfo lectum.
p. vel pag.	pagina.
Par.	Paralipomenon libri I et II.
part.	participium.
pass.	passivum.
pers.	persona.
prgr.	peregrinum.
Phil.	ad Philippenses epistola Pauli.
Philem.	ad Philemonem epistola Pauli.
Phlx.	Philexius; numerus significat quaestiones.
Pl.	Pluralis.
praep.	praepositio.
Prec. mat.	Preces matutinae.
Prol.	Prolegomena.
pron.	pronomen.
prop.	proprium, -e.
Prov.	Proverbiorum liber biblicus.
Ps.	Psalmi, ex editione Ludolfi.
quadrl.	quadriliterum.
q. v.	quod videas.
rad.	radix.
radd.	radices.
Rad. Ab.	Radices Abbadianae (collectio radicum Geez linguae Mss.).
Refl.	Reflexivum.
Reg.	Regum libri biblici I, II, III, IV.
Reg. Pach.	Regula Pachomii.
rel.	relativum.
Rel. Bar.	Reliquiae Baruch.
Rom.	ad Romanos epistola Pauli.
rom.	romanae editionis.
Rüppell	Ed. Rüppell Reise in Abyssinien. Frkf. 1838—40. Bd. 1. 2.
Ruth	Ruth liber biblicus.
Sal. Mar.	Salâm ad Mariam I, II, III; numerus significat strophas.
Sal. Nic.	Salâm ad 318 Nicenos, numerus significat strophas.
Sap.	Sapientia Salomonis, apocr.
sc.	scilicet.
Scaliger	Scaliger, opus de emendatione temporum, Genevae 1629. fol.
sec.	secundum.
seq.	sequens.
s. fin.	sub finem.
Sib.	Sapientia Sibyllae ficticia.
Sing.	Singularis.
Sir.	Liber Siracidae (Ecclesiasticus).
Ssal. Req.	Ssalôta Reqêt, libellus Aeth., a Ludolfo lectus.
st. c.	status constructus.
Stat. Ap.	Statuta Apostolorum, pars Synodi.
str.	stropha.
Subj.	Subjunctivus.
Subst.	Substantivum.
suff.	suffixum.
Sx.	Synaxaria; sequuntur nomina mensium Máscaram, Teqémt, Hedâr, Tachsâs, Ter, Jacâtit, Magâbit, Mijâzja, Genbôt, Senê, Hamlê, Nahassê, Paguemên.
Sx. Enc.	vid. Enc.
Syn.	Synodos.
syr.	syriace.
Tab. Tab.	Tabiba Tabîbân, carmen Aeth. 102 stropharum.
term.	terminatio.
Th. P.	Theodorus Petraeus, qui Jonam Aethiopice et Latine edidit Lugd. Bat. 1660 et Proverbia Aethiopica addidit.
Thess.	ad Thessalonicenses epistolae Pauli I, II.
Thren.	Threni, liber biblicus.
Tim.	ad Timotheum epistolae I, II.
Tit.	ad Titum epistola.
Tob.	Tobith, liber apocryphus.
trsl.	translate.
v.	varia lectio.
var.	varia lectio.
vers. alt.	versio altera.
vers. ant.	versio antiqua.
vers. nov.	versio nova.
Vers. Lat.	Versio Latina Jubilaeorum libri, exstat in libro: Monumenta sacra et profana e codicibus Bibl. Ambrosianae tom. I, fasc. I. ed Ceriani, Mediol. 1861. 4°.
vic.	vicinus.
vid.	videas.
Vis. Bar.	Visio Baruchi ficticia.
Vit. Dan.	Vita Danielis S., a Ludolfo lecta in Mss. Berolinensi.
Vit. Sanct.	Vitae Sanctorum, a Ludolfo lectae in Mss. Berolinensi.
Voc. Ae.	Vocabularium Aethiopicum, -a -a.
Voc. ad Cyr.	Vocabularium ad Cyrilli opera, Mss. Cyrilli annexum.
Zach.	Zachariae prophetia.
Zeph.	Zephaniae prophetia.

ቅ'' ፡	ቅዱስ ፡
ብ ፡	ብሂል ፡
እግዚ'' ፡	እግዚአብሔር ፡
ክር''ን ፡	ክርስቲያን ፡
ይ ፡	ይብሉ ፡

VII. Alphabetum Aethiopicum et Amharicum.

	a	û	î	â	ê	ĭ, ě	ô
Aethiop.	ሀ	ሁ	ሂ	ሃ	ሄ	ህ	ሆ
	ለ	ሉ	ሊ	ላ	ሌ	ል	ሎ
	ሐ	ሑ	ሒ	ሓ	ሔ	ሕ	ሖ
	መ	ሙ	ሚ	ማ	ሜ	ም	ሞ
	ሠ	ሡ	ሢ	ሣ	ሤ	ሥ	ሦ
	ረ	ሩ	ሪ	ራ	ሬ	ር	ሮ
	ሰ	ሱ	ሲ	ሳ	ሴ	ስ	ሶ
	ቀ	ቁ	ቂ	ቃ	ቄ	ቅ	ቆ
	በ	ቡ	ቢ	ባ	ቤ	ብ	ቦ
	ተ	ቱ	ቲ	ታ	ቴ	ት	ቶ
	ኀ	ኁ	ኂ	ኃ	ኄ	ኅ	ኆ
	ነ	ኑ	ኒ	ና	ኔ	ን	ኖ
	አ	ኡ	ኢ	ኣ	ኤ	እ	ኦ
	ከ	ኩ	ኪ	ካ	ኬ	ክ	ኮ
	ወ	ዉ	ዊ	ዋ	ዌ	ው	ዎ
	ዐ	ዑ	ዒ	ዓ	ዔ	ዕ	ዖ
	ዘ	ዙ	ዚ	ዛ	ዜ	ዝ	ዞ
	የ	ዩ	ዪ	ያ	ዬ	ይ	ዮ
	ደ	ዱ	ዲ	ዳ	ዴ	ድ	ዶ
	ገ	ጉ	ጊ	ጋ	ጌ	ግ	ጎ
	ጠ	ጡ	ጢ	ጣ	ጤ	ጥ	ጦ
	ጰ	ጱ	ጲ	ጳ	ጴ	ጵ	ጶ
	ጸ	ጹ	ጺ	ጻ	ጼ	ጽ	ጾ
	ፀ	ፁ	ፂ	ፃ	ፄ	ፅ	ፆ
	ፈ	ፉ	ፊ	ፋ	ፌ	ፍ	ፎ
	ፐ	ፑ	ፒ	ፓ	ፔ	ፕ	ፖ
Amhar.	ሸ	ሹ	ሺ	ሻ	ሼ	ሽ	ሾ
	ቸ	ቹ	ቺ	ቻ	ቼ	ች	ቾ
	ኘ	ኙ	ኚ	ኛ	ኜ	ኝ	ኞ
	ኸ	ኹ	ኺ	ኻ	ኼ	ኽ	ኾ
	ዠ	ዡ	ዢ	ዣ	ዤ	ዥ	ዦ
	ጀ	ጁ	ጂ	ጃ	ጄ	ጅ	ጆ
	ጨ	ጩ	ጪ	ጫ	ጬ	ጭ	ጮ

Diphth. Aeth.:				
ኰ	ኲ	ኳ	ኴ	ኵ
ጐ	ጒ	ጓ	ጔ	ጕ
ቈ	ቊ	ቋ	ቌ	ቍ
ኈ	ኊ	ኋ	ኌ	ኍ

Numeri:

፩	፪	፫	፬	፭	፮	፯	፰	፱	፲	፳	፴	፵	፶	፷	፸	፹	፺	፻	፲፻	፼
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	1000	10,000

ሀ፡ litera alphabeti Aethiopici prima, quam **ሀውይ፡** et **ሆይ፡** *Hoi* vocabant (alio nomine eam nunc vocant Abyssini, vid. Isenb. lex. amh. p. 1). Hinc Ludolfus (in lex. col. 1) repetiit originem vocis **ሆሄያት፡**

ሆሄ፡ subst. Pl. **ሆሄያት፡** *sonus* et *litera alphabeti, elementum.* Plur. potissimum in usu fuit: etiam ubi singularem expectaveris, nonnunquam pluralem invenies, ut **በከመ፡ሆሄያት፡ አልፋ፡ትከውን፡ኀበ፡ኵሉሙ፡ሆሄያት፡** ὥσπερ ἐπὶ τῶν στοιχείων τὸ πᾶν τὸ ἄλφα συνέχει Chr. ho. 9. Quare haud mirum videtur, quod Abyssini inferioris aetatis, singularis formam veram ignorantes, pro **ሆሄ:** (F. N. in Proleg.) formam **ኆኅት፡** exscribere solent, ut Sx. Teq. 18 (ter); Cod. Mus. Brit. LVII, 2 str. 1 (in Catal. p. 54, ubi *initium* male pro *litera* versum est), quasi nomen ad **ኆኅት፡** *janua* referendum et *elementum* a *fenestellis* vel *laterculis* tabularum syllabarii Aethiopici dictum sit. Sed etymon a Ludolfo propositum magis placet, sive **ሆሄ፡** e **ሀ**, **ሁ**, **ሂ፡** (sec. gramm. § 47) contractum esse et primitus **ሆሂ:** sonuisse, sive e **ሆ** VII[i] et **ሄ** V[i] ordinis compositum dicas. Exempla: **ለለ ማኅደር፡ሰምዮሙ፡በሆሄያተ፡ጽርእ፡እምአልፋ፡ወቤጣ፡ወጋማ፡** *et singulas cellulas nomines literis alphabeti Graeci* α, β, γ Reg. Pach.; **ሆሄያት፡** vel **ሆሄያተ፡ፊደል፡** τὰ στοιχεῖα saepius in Chr. ho. 8 et 9; **እስመ፡ሆሄያተ፡ቤት፡ወዋዌ፡፩ውእቱ፡** (sive: praepositio **በ፡** et **ውስተ፡** idem significant) ib. 1; **ይኩን፡ከመ፡ዘይሜህር፡ጽሒፈ፤ቀድመ፡ውእቱ፡ይጽሕፍ፡ሆሄያተ፡** (v. **ፊደላተ፡**) **ወምዕራፋተ፡በእዴሁ፤ከዐበ፡ይኤዝዝ፡ለንኡስ፡ዘይትሜሀር፡ከመ፡ይጽሐፍ፡ከማሁ፡በእዴሁ፡** F. M. 2, 11; Kedr f. 52; al.

ሁ pron. suff. III[ae] pers. masc. sing.; vid. gramm. § 149.

ሁ፡ adv. suffixum, a radice pronominali (gramm. § 62, 1, b) propagatum: 1) *nota interrogationis*, sicut **ኑ፡** q. v. (gramm. § 161 et 198, 2, a) *ne? an? num? numquid?* aut primo aut principali sententiae interrogativae vocabulo suffigitur. Quamvis in libris MSS. **ሁ፡** et **ኑ፡** promiscue usurpari soleant, tamen **ሁ:** vi tenuius et levius esse videtur, quam **ኑ፡** Exempla: **ይከውን ሁ፡** *licetne?* Matth. 19, 3. 15, 12. 7, 16; Ex. 4, 11; Ps. 72, 13; **ኢከነሁ፡ከመዝ፡** Am. 2, 11; **እምኔየሁ፡ይሴውር፡** ἐμὲ δὲ οἴεται κρύπτειν; Job 38, 7; **በዝሂ፡ኢይኴንንሁ፡** Jer. 5, 9. 29; **ትስአሉኒሁ፡መጻእክሙ፡** Hez. 20, 3; 2 Reg. 19, 6; 3 Reg. 17, 20; 4 Reg. 14, 10; Job 38, 18. 31. 39, 1. Frequentissime vocibus **በ፡**, **አከ፡**, **አልበ፡** suffigitur: **በሁ፡ዘ** Ex. 5, 5; **በሁ፡ዘይትኀበእ፡እምኔየ፡** Jer. 39, 27; **በሁ፡አመ፡ነገሩክሙ፡** *numquid unquam?* Jes. 45, 21; **አከሁ፡አነ፡ዘአወልድ፡** Jes. 66, 9; Matth. 5, 46; **አልበሁ፡ አመ፡ አንበብክሙ፡** Matth. 21, 26; **ሁ:** et **ኑ፡** in eadem sententia composita leguntur Ps. 93, 9. 2) enunciationi conditionali inserta haec particula est *nota dubitationis*, qua is qui loquitur de eo quod hypothetice posuit se ipsum dubitare indicat (gramm. pag. 429): **እመሰ፡አንተሁ፡ውእቱ፡** εἰ σὺ εἶ (*si tu — revera — es*) Matth. 24, 28; **እመሰ፡ ትብሉሁ፡** *sin forte respondeatis* Jes. 36, 7; Luc. 23, 25 (rom.); Act. 5, 38 (rom.); saepius cum **ሰበ፡** ut **ሰበሁ፡ ሖርከ፡ ፍኖተ፡ እግዚአብሔር፡እምነበርከ፡ለዓለም፡በሰላም፡** Bar. 3, 13 (vid. sub **ሰበ፡**).

ሂ፡ adv. suff., a radice pronominali propagatum (gramm. § 62, 1, b et § 168, 1, 3.): 1) *etiam, quoque, item* (*et ipse*); majori vel minori cum emphasi nomen, verbum, sententiam alii adjungit vel subnectit: **አነሂ፡** *ego quoque* (et ipse) Prov. 1, 26. 4, 3; **ወውእቱሂ፡** *et is quoque* Sir. 17, 31; Matth. 5, 46. 13, 12: Rom. 6, 5. 11; Tit. 3, 3; Gen. 12, 4; Num. 12, 2; Deut. 9, 20; Dan. ap. 1, 59; Prov. 4, 3; Jes. 66, 4; Tob. 12, 3; 4 Esr. 2, 5. 11, 14. 15; **ወኢ — ሂ፡** *ne — quidem* Prov. 21, 10. Cum **እመ፡** conjunctum: **እመሂ፡** *etiamsi, quamvis* ex. gr. Jer. 4, 30. 14, 12 (vid. **እመ፡**). 2) *et, -que* (τε), sive per se Gen. 50, 21, sive (id quod longe frequentius occurrit) cum **ወ** conjunctum: **ወ — ሂ፡** ex. gr.: **ወለዘሂ፡ነሥአከ፡ ልብሰከ፡** Luc. 6, 29; Matth. 6, 5; in sententiis negativis: *nec, neque.* Inde **ሂ፡ — ወሂ፡** *et-et, cum-tum, ut-ita* Gen. 41, 11. 47, 3. 18; Num. 18, 3; Jes. 7, 20; Hez. 5, 11; Rom. 9, 15; Phil. 4, 12; idem significat **ሂ፡ — ወ፡** Gen. 33, 17; **ሂ፡ወ — ኒ፡** Gen. 42, 35. Cum **እመ፡** conjunctum **እመሂ፡ — ወእመሂ፡** est: *sive-sive*, nec non **ወእመሂ፡** per se *sive* significare potest, vid. **እመ፡** 3) adverbiis interrogativis, ut **አይቴ፡**, maxime autem pronominibus interr. **መኑ፡** et **ምንት፡** annexum **ሂ፡** vim indefinitorum tribuit; vid. **መኑ፡**, **ምንት፡**, **አይቴ፡** al.

ሃ፡ pron. suff. III[ae] pers. fem. sing., vid. gramm. § 149.

ሃ፡ adv. suff., a radice pronominali propagatum (gramm. § 62 1, b); ejus notio prima est: *versus* (gramm. pag. 303. 304); in communi usu est *nota Accusativi* (gramm. § 143 pag. 255), nominibus propriis (indeclinabilibus) suffixa: Gen. 12, 5. 43, 15; Ex. 32, 13; Matth. 1, 2 seq.; 27, 17; Mal. 1, 2. 3; Mich. 6, 4; Jer. 47, 14. 48, 18. 50, 6; **ኢይጸዋዕ፡ ስምከ፡ ያዕቆብሃ፡ በሕቲቶ፡** Kuf. p. 117; et, sicut Accusativus, *in*, *versus* denotare potest, ex. gr. **ፈነዎሙ፡ቤተ፡ልሔምሃ፡** *misit eos in Bethlehem*,

Matth. 2, 8; Kuf. p. 88 l. 13. Rarissime nominibus appellativis annexum legitur, ex. gr. ኀልሃ፡ Ep. Zar'a-Jacobi.

ሂ፡ adv. suff., a radice pronominali propagatum (gramm. § 62, 1, b): *in, versus*; sed obsoletum est, nec nisi voci ኵል፡ annexum occurrit (gramm. p. 297), q. v.

ሂ፡ nomen V^ae alphabeti Hebraici literae (הֵא) Ps. 118, 33 (vid. *J. Ludolfi* annotationem ad Ps. 118, 1; Dorn de psalt. Aeth. p. 28), Thren. 1, 5. 2, 5. 3, 12. 4, 5. — Ubi de psalmis agitur, siglo ሂ፡ Ps. 118, 33—40 notatur.

ሀላል፡ subst., id. q. هِلَال *nova luna*; saepius occurrit in Abush., ex. gr. አውራኅ፡ ሀላል፡ (i. q. አውራኅ፡ ሠርቃዊት፡ vel ወርኃዊት፡) *menses lunares* (opp. solares), Abush. 25.

ሀላሊ፡ adj. rel. *lunaris*: ወርኅ፡ ሀላሊ፡ (i. q. ሠርቃዊ፡) Abush.

ሃሌሉያ፡ vel ሃሌ፡ ሉያ፡ (etiam siglo ኄ፡ ሉያ፡ vel ኄያ፡ scriptum) 1) Ἀλληλούϊα, *Halleluja*, הַלְלוּ יָהּ Apoc. 19, 1; Tob. 13, 19; in titulis psalmorum 105 seq.; sexcenties in Deguâ, Mavâset, Genzat et aliis libris liturgicis legitur, nam ingentem Allelujarum summam et in gaudio et in luctu intonant Abyssini (*Ludolfi* hist. III, 6, 105.) 2) Cum ut in aliis festis ita per septimanam Paschae ab Abyssinis hymni et antiphonae hallelujarum solemniter decantentur, in versione Octateuchi Deut. 16, 16 pro ἑορτῇ τῶν ἀζύμων በዓለ፡ ሃሌሉያ፡ et Ex. 13, 4 pro μηνὶ τῶν νέων ወርኅ፡ ሃሌሉያ፡ ኔሳን፡ intrusum est.

ሃሌታ፡ subst. abstr.: *cantus Halleluja*: አንቀጸ፡ ሃሌታ፡ (v. ሃሊታ፡) እምዮሐንስ፡ *tabula Hallelujarum inde a Joannis festo*, Deg. (vid. Catal. Cod. Aeth. Mus. Brit. p. 37).

ሀለወ፡ I, 2; (rarius per ሐ et ኀ) Impf. ይሄሉ፡, Subj. የሀሉ፡, Inf. verb. ሀሊው፡ (Asc. Jes. 2, 12), Inf. nom. ሀልዎ፡ et ሀልዎት፡; in Perf. sing. pers. 3 masc. praeter formam ሀለወ፡ etiam forma contracta ሀሎ፡ usitatissima est (vid. gramm. p. 142 ann. 2), nec non in pers. 3 fem. ሀሎት፡ efferri et scribi potest (Asc. Jes. 7, 20). Sed erravit *J. Ludolfus*, cum inter formas ሀሎ፡ et ሀለወ፡ significationis discrimen interesse censeret (in lex. col. 1 et 2), nam omnibus fere in locis, ubi ሀለወ፡ vel ሀሎ፡ occurrit, diversi libri mss. utramque formam promiscue usurpatam exhibent. [Radicem ሀለወ፡ comparandam propono cum arab. حَالَ (حَوْل) et substantivo حَال; eodem modo literae radic. secundae et tertiae ordo permutatus est inter ኀለወ፡ et خال (خَوْل), ኀለየ፡ et خال (خَيْل); al. Sed quamvis prima radicis significatio in *vertendo*, *mutando*, *circumagendo* sit, tamen miro quodam genii linguae innati lusu verbo ሀለወ፡ notio *existendi* addicta est, alteri autem verbo ኮነ፡, cujus notio prima a *stando* petita est, significatio *oriendi*, *fiendi*, *accidendi* contigit. Amh. sonat አለ፡]. Significat: 1) *esse, existere.* Neque tamen ad praedicatum cum subjecto copulandum adhiberi solet, sed existentiam subjecti nudam ponit, aut absolute, aut tamquam in aliquo loco, statu, tempore, actione versantis: ሀሎ፡ ፩ብእሲ፡ Job 1, 1; Dan. apoc. 1, 1. ኢትፍቱ፡ ሀልዎ፡ ምስሌሆሙ፡ Prov. 24, 1; ሀሎኩ፡ ውስተ፡ በቢሎን፡ 4 Esr. 1, 1; በአምጣነ፡ ሀለውኩ፡ Ps. 145, 1; ኢትፍራህ፤ ሀሎኩ፡ ምስሌከ፡ Jes. 41, 10; 43, 2. 5; እግዚአ፡ ሀሎከ፡ ማእከሌነ፡ Jer. 14, 9; ይከውኑ፡ ከመ፡ ዘኢሀለዉ፡ Jes. 41, 12; ውስተ፡ እደሆሙ፡ ሀለወት፡ ሠናይቶሙ፡ Job 21, 16; ኵሎሙ፡ እለ፡ ሀለዉ፡ ዲበ፡ ምድር፡ Sir. 36, 19. a) Creberrime ipsum Perf. ሀለወ፡ notionem temporis praesentis suggerit: አንበሳ፡ ሀሎ፡ ውስተ፡ ፍኖት፡ λέων ἐν ταῖς ὁδοῖς Prov. 26, 13; አይቴ፡ ሀሎ፡ *ubi est?* Job 20, 7; Jes. 19, 12. 33, 18; Jer. 44, 19; አነ፡ ውእቱ፡ ዘሀሎ፡ ἐγώ εἰμι ὁ ὤν Ex. 3, 14; ሀለወ፡ ወኢሀለወ፡ ἦν καὶ οὐκ ἔστι Apoc. 17, 8; sed haud minus frequenter ሀለወ፡ tempore praeterito vertendum est: ጸሐፍ፡ ኵሎ፡ ነገረ፡ ዘሀሎ፡ ውስተ፡ ከርታስ፡ Jer. 43, 28; ሀሎኩ፡ አነ፡ ኀበ፡ ፈለግ፡ Dan. 10, 4; Gen. 33, 18; 2 Thess. 2, 5; Judith 14, 15. 18; Ps. 71, 17. Imperfectum tempus futurum significat: ወለዓለምኒ፡ ትሄሉ፡ Sir. 42, 21; Jes. 58, 11; Hez. 30, 13; Job 14, 10. 23, 8; sed etiam de tempore praesenti usurpatur: ዘሀሎ፡ ወይሄሉ፡ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν Apoc. 1, 4. 8; የኀልፍ፡ ከመ፡ ጽላሎት፡ ወኢይሄሉ፡ እንከ፡ Job 14, 2. De enuntiationibus conditionalibus conferre licet exempla Jes. 43, 2; Jer. 15, 1; Matth. 18, 20; ኀበ፡ ሀሎ፡ ደመና፡ ህየ፡ ሀሎ፡ መንፈስ፡ Hez. 1, 20; Tob. 4, 13 et al. b) Construi potest cum Acc. loci: ሀለዉ፡ ሐቅለ፡ *erant in agro* Gen. 34, 5. 46, 31; Ex. 1, 5; Num. 30, 11; 2 Reg. 13, 30; እንዘ፡ ሀሎ፡ ዐጸደ፡ ሞቅሕ፡ Jer. 40, 1; Matth. 24, 26. c) Nonnumquam ope verbi ሀለወ፡ praedicatum subjecto copulatur; quod si fit, praedicatum in Acc. ponere licet (gramm. p. 346): ለዘ፡ ሀለወ፡ ድልወ፡ *ei, qui paratus fuerit* 1 Petr. 4, 5; Hen. 63, 1; sed notio *existendi* huic verbo tam firmiter inhaeret, ut praedicatum appositionis instar saepius in Nomt. ponatur: ሀለወ፡ ድፉን፡ Jos. 7, 21. 22; ወእሙንቱ፡ ሀለዉ፡ ቅዉማን፡ Asc. Jes. 9, 35 al. d) Aethiopes verbum ሀለወ፡ cum Imperfecto alius verbi componunt, ut durationem actionis denotent, sive in tempus praeteritum incidat: ሀሎኩ፡ እሰክብ፡ *dormiebam* 4 Esr. 9, 29; Asc. Jes. 9, 28; Dan. 10, 2; Gen. 18, 22; Lev. 26, 35; 1 Reg. 22, 6; 2 Reg. 5, 2; 1 Par. 6, 32; 2 Par. 33, 17; sive in praesens: ሀሎ፡ ይነብር፡ በየማነ፡ እግዚአብሔር፡ Rom. 8, 34, vel praesens instans: ይመጽእ፡ ሀሎ፡ *venturus est* Hen. 10, 2; ትሠጠም፡ ሀለወት፡ Hen. 83, 7; ሀለወት፡ ትወልድ፡ 1 Reg. 4, 19; sive in futurum: አንተ፡ ሀለውት፡ ትትፌጸም፡ Hen. 106, 18; Act. 7, 6 Platt; ዘይከውን፡ ሀሎ፡ Hen. 52, 2. Simili modo cum alius verbi Infinitivo verbali conjungitur, eodem sensu: ሀሎ፡ ተወኪሎከ፡ ἴσθι πεποιθώς Prov. 3, 5 et al.; nec non እንዘ፡ c. Impf. sequi potest: በኵሉ፡ መዋዕለ፡ ሕይወትየ፡ ሀለውኩ፡ እንዘ፡ እዜክር፡ ለእግዚአብሔር፡ Kuf. 21. e) Opponitur ዘሀሎ፡ *id quod est* i. e. *praesens* ei quod venturum vel futurum est (ዘይመጽእ፡, ዘይሄሉ፡, ዘይከውን፡) 4 Esr. 5, 16; Rom. 8, 38 (τὰ ἐνεστῶτα) 1 Cor. 3, 22 rom., quamquam aliis in locis ዘሀሎ፡ *id, quod factum est*, τὸ γεγονός, significat, Koh. 1, 9. f) Theologis et philosophis ሀልዎ፡ et ሀልዎት፡ est *existentia, essentia*, ut እግዚአብሔር፡ አምጻኤ፡ ኵሉ፡ ዓለም፡ እምኀበ፡ ኢሀልዎ፡ ኀበ፡ ሀልዎ፡ *Deus qui totum mundum* ἐκ τοῦ μὴ εἶναι εἰς τὸ εἶναι *producit* Fal. f. 83; እግዚአብሔር፡ ለሰብእ፡ እምሀልዎ፡ አግብኦ፡ ውስተ፡ ሞት፡ Macc. f. 5; *Hippocrates et Galenus docent:* ነፍስሰ፡ ኢትሄሉ፡ ዘእንበለ፡ ዳእሙ፡ በሀልዎት፡ ሥጋ፡ ወተኀልፍ፡ በኀልፈታ፡ Fal. f. 83. Pl. ሀልዎታት፡ *entia* (τὰ γεγονότα) saepissime in Chr., ut ho. 2. 2) *instare, futurum esse:* ከልኤቱ፡ ዓመት፡ ኀለፈ፡ ዘረኃብ፡ ወኃሚ፡ ሀሎ፡ ኀምስቱ፡ ዓመት፡ Gen. 45, 6. 11. Construi solet cum pron. suff., seq. Subj. verbi, ut conveniat Graeco μέλλειν c. Inf.

(gramm. p. 138): እለ፡ሀለዎሙ፡ ይእመኑ፡ ቦቱ፡ οἱ μέλλοντες πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ 1 Tim. 1, 16; 2 Tim. 4, 1; Rom. 5, 14; Matth. 11, 14; Jes. 15, 7; Job 3, 8; vel simplici Futuro Graeco: Jes. 15, 7; Tob. 14, 4; Gen. 15, 13. 18, 19; Deut. 1, 22. Haud raro ሀለዎ፡ post Subj. verbi collocatur; ያእምርዎ፡ሀለዎሙ፡ Jes. 52, 15; 1 Petr. 4, 18; Hen. 97, 3; Ex. 16, 23. Sed multis aliis in locis haec phrasis Graeco δεῖ seq. Infin., Latino *oportet, necesse est* respondet, quippe cum ሀለወ፡ cum pron. suff. conjunctum significare possit *convenit ei, ut* vel *oportet* (vid. infra Nr. 8). Ita legitur: ሀለወክሙ፡ትትወለዱ፡ δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι Joh. 3, 7; Prov. 22, 29; 2 Petr. 3, 11; Matth. 16, 21; Marc. 8, 31. Etiam conj. ከመ፡ subjunctivo praeponere licet: ሀለወኒ፡ከመ፡እዜንዎን፡ Luc. 4, 43 rom. Rarius libri et mss. et impressi in hac phrasi pro Subj. verbi Impf. praebent: ሀለዎ፡ይትሌዐል፡ Joh. 12, 34 rom. Caeterum non modo ሀለወ፡ cum pron. suff., sed etiam verbum ሀለወ፡ personaliter flexum, Subjunctivo praepositum, idem significare potest: ዘሀለወ፡ይኩን፡ Apoc. 1, 19. 4, 1; Dan. 2, 28; ሀሎን፡ኵልነ፡ንብጻሕ፡ Rom. 14, 10. 12 Polygl., ሀለውነ፡ንሕምም፡ 1 Thess. 3, 14. 3) *exstare, reperiri, esse:* እስመ፡ሀሎ፡ ዘያሐምም፡ ἔστι γὰρ ὁ ταπεινῶν Sir. 7, 11; ሀለወ፡ዘይብዕል፡በብዝኀ፡ጠዊዕ፡ Sir. 11, 18. 19, 23. 25. 26. 20, 1. 37, 22; ልሂቃኒ፡ወአእሩግኒ፡በኀቤነ፡ሀለወ፡ Job 15, 10; Gen. 2, 11. 12. 29, 26; Ex. 13, 7; ኢሀሎኑ፡ሀየ፡ፀቃቤ፡ሥራይ፡ Jer. 8, 22; ኢሀለወት፡ኀበ፡እጓለ፡እመሕያው፡ οὐχ εὑρέθη Job 28, 13. 14; ዝሉ፡ዝንቱ፡ኢሀለወ፡ኀበ፡ጻድቃን፡ *haec omnia apud justos non reperiuntur* (*accidunt*) Sir. 23, 12; ሀሎ፡ኀቤከ፡ πάρεστί σοι, *subest tibi,* Sap. 12, 18. 4) *durare, manere, vivere, esse:* ዘይሄሉ፡ለዓለም፡ μένων εἰς αἰῶνα Dan. 6, 26; Sir. 42, 23; ዘሀለወ፡ዘለፈ፡ 1 Petr. 1, 23; ወአንተሰ፡ትሄሉ፡ σὺ δὲ διαμένεις Ps. 101, 27; አብያተ፡ጻድቃን፡ይሄልዉ፡ οἶκοι δικαίων παραμένουσι Prov. 12, 7; Sir. 6, 10; ሐሊና፡ልብከ፡ኢይሄሉ፡ Asc. Jes. 1, 13; ኢይሄሉ፡በመሐላሁ፡ *jusjurandum non servat* Kuf. 35; ሀልዎትከ፡በዝ፡ ἀντέχεσθαι ἐν τούτῳ Koh. 7, 18; ሀልዉ፡በመንፈስ፡ቅዱስ፡ Asc. Jes. 11, 40; ኢትሄሉ፡ለዓለም፡ οὐ κατοικηθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα Jes. 13, 20. 14, 31; Jer. 27, 39; *perdurare* Job 4, 20; opponitur ተሀጕለ፡ Koh. 7, 15; nonnunquam synonymum est verbo ሐይወ፡ ut ወቦ፡እለሂ፡ሀለዉ፡እስከ፡ይእዜ፡ 1 Cor. 15, 6; እመ፡ሀሎከ፡ትሬኢ፡ወእመ፡ሐየውከ፡ታእምር፡ 4 Esr. 2, 35, nec non ይሄሉ፡በተስፋ፡ κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι Prov. 1, 33. 5) *versari in aliqua re:* ውስተ፡መስሉ፡ነገር፡ኢይሄልዉ፡ Sir. 38, 33; እንዘ፡ሀለወት፡ውስተ፡ማሕምመ፡ወሊድ፡ Gen. 35, 17; ኢሳይያስ፡ሀሎ፡በራእየ፡እግዚእ፡ Asc. Jes. 5, 7. 6) *se habere* (de valetudine, conditione, caet.), quo sensu ከነ፡ usitatius est: ከመ፡ይስማዕ፡ዜናሃ፡ዘከመ፡ሀለወት፡ Esth. 2, 11; ናእምር፡ዘከመ፡ሀለዉ፡ πῶς ἔχουσι Act. 15, 36; እፎ፡ሀሎከ፡ *quomodo vales?* Lud. 7) *adesse, praesentem esse:* ኢሀሎ፡ምትየ፡ውስተ፡ቤቱ፡ πάρεστι Prov. 7, 19. 8, 27; Jes. 58, 9. 65, 25; ለእመ፡ኢሀሎኩ፡ ἀπὼν Phil. 1, 27. 2, 12; ሀልዎ፡በሥጋ፡ παρουσία τοῦ σώματος 2 Cor. 10, 10; Gen. 39, 14. 44, 14; Ex. 22, 13. 14; በሀልዎተ፡ሰብእ፡ *coram hominibus* Isp. p. 288; ኵልነ፡እለ፡ሀሎነ፡ዝየ፡ *omnes qui adsumus* Genz. f. 109; ለኵሎሙ፡እለ፡ሀለዉ፡ *omnibus, qui aderant* Isp. p. 331. 8) Ubi pron. suff. subjunctum habet, ሀለወ፡ pariter ac ከነ፡ significare potest: *convenit ei, decet eum, cadit in eum,* ut እመቦ፡ዘስሕተ፡ውስተ፡ዘከመዝ፡ግብር፡ሀለዎ፡ንስሓ፡፫ዓመት፡ፍጹም፡ *poenitentia triennii integri ei injungenda est* Clem. f. 226, b. Ita saepissime cum Subjunctivo verbi construitur, vid. supra Nr. 2. Etiam sine pronomine subjuncto eundem sensum habet 1 Tim. 5, 13 rom.: ዘኢሀሎ፡ τὰ μὴ δέοντα (Platt: ዘኢሀልው፡).

ሐመየ ፡ Primo quidem obtutu haud alienum videtur, hanc radicem ad حَمِيَ, حَمِيَ, ܚܡܐ (vid. etiam **ሐመመ ፡**, II **ሐመወ ፡**, **ሐመዘ ፡**) referre et significationum scalam ita statuere: 1) *incalescere* 2) *irari, exacerbari* 3) *infensum esse alicui eumque verbis insequi.* Sed in caeteris linguis notio *conviciandi* his radicibus non convenit; accedit, quod in Geez praeter **ሐመየ ፡** etiam **ሐነየ ፡** occurrit (vid. sub **ሐሜት ፡**). Quare magis congruum esse videtur, cum nostra radice componere syr. ܚܢܐ ܚܢܝ *contumelia affecit,* arab. جَنَا *falso accusavit.* (De variatione sonorum **ሐ** et **ገ** vid. gramm. pag. 36).

ሐመየ ፡ I, 1 Impf. **የሐሚ ፡**, Subj. **ይሕሚ ፡**; et **ሐመየ ፡** I, 2 sed rarius usitatum (ex. gr. 1 Petr. 3, 16 Pltt.; Chr. Ta. 7 et hom. 10) *obloqui, conviciari, maledicere, ignominia vel contumelia afficere, calumniari:* c. c. Acc. prs. καταλαλεῖν Num. 12, 1. 8; Ps. 100, 6. 118, 23; Job 19, 18; **ሐመዩኒ ፡ በሐሰት ፡** Hos. 7, 13; Mal. 3, 13; Mich. 3, 7; **ኢታፍቅር ፡ ሐሚየ ፡** Prov. 20, 13; Jac. 4, 11; 1 Petr. 2, 12. 3, 16; Num. 21, 5; κακολογεῖν **ዘየሐሚ ፡ አባሁ ፡** Prov. 20, 20; Matth. 15, 4; Ex. 22, 27; καταρᾶσθαι Koh. 10, 20; ὁ ψιθυρίζων **ዘየሐሚ ፡** Sir. 21, 28; **ዘኢየሐምይዎ ፡ በእኩይ ፡** (ἀνέγκλητος) Tit. 1, 6; **ዘየሐምይዎ ፡** *infamia adspersus* II Can. Nic. 18; c. Acc. rei: **ሐመይክሙ ፡ ዐቢያተ ፡ ወድሩካተ ፡ ቃላተ ፡ ላዕለ ፡ ዕበዩ ፡** Hen. 5, 4.

ተሐምየ፡ III, 1 et **ተሐመየ፡** III, 2 pass. et refl. *ignominia vel contumelia affici*: **ለሊከ፡ ዘትተሐመይ፡ ወአከ፡ ውእቱ፡** Chr. Ta. 11; M. M. f. 380.

ተሓመየ፡ III, 3 *se invicem contumeliis prosequi, conviciari* Jac. 4, 11; 2 Cor. 12, 20 rom.; Gal. 5, 26 Pltt; **ተሓምዮ፡** καταλαλιαί 1 Petr. 2, 1.

ሕሙይ፡ part. *ignominiosus, probrosus, infamis*: **ግብረ፡ ሕሙይ፡** Jsp. p. 351; **ፍትወት፡ ሕሙይ፡** ib. p. 381; **ሕሙየ፡ ግብር፡** *homo infamia adspersus* Phlx. 125.

ሐማይ፡ (Sir. 28, 13 var.) et crebrius **ሐማዪ፡** n. ag., Plur. **ሐመይት፡** et **ሐማይያን፡** f. **ሐማይያት፡** (F. N. 10, 8) *conviciator, calumniator, susurro*: καταλαλῶν Herm. p. 25; Rom. 1, 30; Clem. p. 229; **ወይከውኑ፡ ሐመይተ፡ ወሐማይያን፡ ብዙኃ፡** Asc. Jes. 3, 26; ψιθυρός Sir. 5, 14. 28, 13.

ሐሜት፡ subst. *convicium, contumelia, calumniatio*: καταλαλιά Sap. 1, 11; Herm. p. 24; **ዝንጓጔ፡ ወሐሜት፡ ወዝክር፡ ሕሡም፡** Jsp. p. 351; **ዘአልቦ፡ ሐሜት፡** ἀνέγκλητος Tit. 1, 7; **ቀሲስ፡ ንጹሐ፡ ይኩን፡ እምሐሜት፡** *expers reprehensionis sit* II Can. Nic. 31.; ἔρις Sir. 40, 5 (var. **ሐኔት፡**).

ሐመደ፡ I) id. quod جَمَدَ et جَمُدَ *concrevit, congelata fuit* (de omni re fluida). II) id. q. هَمَدَ *extinctus fuit ignis; mortuus est*, خَمَدَ *consedit ignis remissa sua flamma; remisit febris; sedatus* fuit (رَمَادٌ *cinis*, aram. רְמַץ *carbo cum cinere*; ܚܡܘܬܐ *cinis fervidus*). Hinc

ሐመዳ፡ subst., (m.) *pruina, nix* [amh. **አመዳይ፡**]: πάχνη Job 38, 24. 29; χιών 1 Par. 11, 22; **በረድ፡ አስሐትያ፡ ሐመዳ፡** Ps. 148, 8; Kuf. 23; **ቍር፡ ወበረድ፡ ወአስሐትያ፡ ወሐመዳ፡** Hen. 34, 2. 60, 18. 76, 11. 12. 100, 13. — *Voc. Ae.*: **ሐመዳ፡ ዘ፡ ዋግ፡**, *aliud*: **ሐመዳ፡ ዘ፡ ቅሕ፡ ዋግዒ፡**

ሐምደ፡ I, 1 (si non **ሐመደ፡**) *extingui et in cinerem vanescere*: **ያኀልቆ፡ እሳት፡ ወየሐምድ፡ ለዝሉፉ፡** καὶ ἐκλείπει εἰς τέλος Hez. 15, 4.

ተሐምደ፡ III, 1 (si non **ተሐመደ፡**) *in cinerem verti, conflagrari*: **ሰማያት፡ ይጠበለሉ፡ ፤ ምድር፡ ትትሐመድ፡** (sc. in mundi consummatione) Kid. f. 32.

ሐመድ፡ subst., (m.) 1) *cinis*, σποδός Ps. 101, 10. 147, 5; Thren. 3, 16; Judith 4, 15. 9, 1; 4 Esr. 9, 39; Job 13, 12; **መሬት፡ ወሐመድ፡** Gen. 18, 27; Job 30, 19. 42, 6; Sir. 10, 9. 17, 32; **ሠቅ፡ ወሐመድ፡** Jes. 58, 5; Luc. 10, 13; **አውዐያ፡ ለሀገር፡ ወኮነት፡ ሐመደ፡** Jos. 8, 28; **እሬስየከ፡ ሐመደ፡** Hez. 28, 18; **ጠፍኡ፡ ከመ፡ ሐመደ፡ ሡዕ፡** ὡς λίνον ἐσβεσμένον Jes. 43, 17; cinis hostiarum combustarum Lev. 4, 12; **ሐመድ፡ ልበሙ፡** σποδὸς ἡ καρδία αὐτῶν Jes. 44, 20; τέφρα Dan. ap. 13, 14; **ዘሕብረ፡ ሐመድ፡** σποδοειδής (coloris cinerei) Gen. 30, 39. In Ex. 9, 8 **ሐመደ፡ እቶን፡** *fuliginem* (αἰθάλη καμιναία) significat. 2) nonnumquam *pulvis* (χοῦς) Ps. 71, 9; (γῆ) Job 2, 12. 7, 5; 2 Reg. 1, 2. (Lev. 19, 36 **ሐመድ፡** errore interpretis pro mensura ὁ χοῦς positum est).

ሕሙድ፡ part. *in cinerem versus*, M. M. f. 178.

ሐመዳዊ፡ adj. rel. *cinereus* (colore): **አፍራስ፡ ሐመዳውያን፡** ψαροί Zach. 6, 3.

ሐመገ፡ I, 1 sine dubio cognata cum **ሐመቀ፡** et cum iis, quae ibi allegata sunt; at non de animo, sed potissimum de rebus physicis dicitur, sicut arab. رَنِقَ *turbida fuit* aqua, vinum, II et IV *turbidam reddidit* aquam, et أَرْمَقَ id.; cfr. etiam **ሐብቀቀ፡**] *turbidam reddere, turbare* aquam: **ማይ፡ ዘሐመግሙ፡ በእገሪክሙ፡** Hez. 34, 19; **ዘተርፈ፡ ተሐምግዎ፡** Hez. 34, 18. 32, 2; **ፈለግ፡ ዘሐመግዎ፡ በደመ፡ ቅቱላን፡** Sap. 11, 7; Clem. f. 138. — *Voc. Ae.*: **የሐምጉ፡ ዘ፡ የደፈረሱ፡ ያጉድሉሂ፡ ይ፡**

ተሐምገ፡ III, 1 1) *turbari, turbidum fieri*, de rebus fluidis: **ይትሐመጉ፡ ከመ፡ ማይ፡** Jes. 30, 22 var.; Am. 8, 12; Ps. 45, 3; Hos. 6, 8. 2) turbari i. e. *obscurari, caligare* de rebus claris: *ob mortem Christi* **ተሐምገ፡ ሰማይ፡ ወጸልመ፡ ኵሉ፡ ዓለም፡** II Const. Ap. 5; *in coelis est* **ፍሥሐ፡ ዘኢይረክቦ፡ ሐዘን፡ ወአልቦ፡ ተሐምጎ፡ ውስተ፡ ጽርየታ፡** Chr. Ta. 23; **ረሥአ፡ ወተሐምገ፡ አዕይንቲሁ፡** Gen. 27, 1; Deut. 34, 7; Ps. 6, 7 (var.); 1 Reg. 4, 15; **ተሐምገ፡ አዕይንቲሁ፡ በአንብዕ፡ ወገዓር፡** Genz. f. 109; Gad. T. Zion. [cfr. هَمَجَ VIII; حَمِقَ VII., خَمِجَ]. *Voc. Ae.*: **ተሐምገ፡ ብ፡ ደፈረሰ፡**

ሕሙግ፡ part. *turbidus, turbulentus* **ማይ፡ ሕሙግ፡** Jer. 2, 18; M. M. f. 36; **ወይን፡ ሕሙግ፡** Fal. f. 13.

ሕመግ፡ subst. *turbidum, immundities*: **ንጹሕ፡ ውእቱ፡ ወአልቦ፡ ውስቴቱ፡ ሕመግ፡** Chr. ho. 34.

ሕምገት፡ n. act.: *turbidum esse, caligo* Herm. p. 51 (βληχρά).

ሐሠመ፡ I, 1 [convenit cum arab. خَبُثَ *mala ac prava fuit res; improbus, impurus fuit*, IV. X *turpiter egit*, sicut **አበሰ፡** cum أَثِمَ *crimen commisit, peccavit* et אָשַׁם] *foedum, turpem, malum esse, displicere*: **በእለ፡ የሐሥሙ፡ ውስተ፡ ሕንጻ፡** *quidam (lapides) deformes erant in structura* Herm. p. 80; **አልቦ፡ ኀበ፡ ሐሠመ፡** (v. **ሐሠሙ፡**) **እምኔሁ፡** *non erat in eo quidquam deforme* 2 Reg. 14, 25; **እስከ፡ ሐሠመ፡ ጺአቱ፡ ሎቱ፡** *foetor ejus ei perniciosus erat* Jsp. p. 293; etiam c. Acc. pers., ut: **ሐሠሞሙ፡ ለሕያዋን፡ ጼና፡ አብድንት፡** ib. p. 355; **ሶበ፡ ሰምዐ፡ ሐሠሞ፡ ዝንቱ፡** *quum hoc audiret, ei displicuit* ib. p. 296.

አሕሠመ፡ II, 1 1) *turpiter* vel *prave agere, malefacere*: **አሠንዩ፡ ወአሕሥሙ፡** εὖ ποιήσατε καὶ κακώσατε Jes. 41, 23; **ኢያሤኒ፡ ወኢያሐሥም፡ እግዚ**" Zeph. 1, 12; **ኢትቅናእ፡ ከመ፡ ታሕሥም፡** Ps. 36, 8. 9; **አሕሠምከ፡ ዘገበርከ፡** Jer. 45, 9; **አሕሠሙ፡ ለቀቲሎቱ፡** ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν Gen. 37, 18. 2) creberrime: *malefacere* vel *maledicere* alicui, *male habere* alqm, *vim* vel *injuriam afferre* alicui, *insultare in, offendere* alqm: c. c. **ለ፡**, **በ፡**, **ዲበ፡**, **ላዕለ፡** pers.: **ከመ፡ ኢያሕሥም፡ ለያዕቆብ፡** Kuf. 35. 37; Ex. 22, 20—22; Rom. 12, 17; **ለምንት፡ አሕሠምከ፡ በዝ፡ ሕዝብ፡** Ex. 5, 22. 23; **ኢታሕሥም፡ ዲበ፡ ነብሪከ፡** μὴ κακώσῃς οἰκέτην Sir. 7, 20. 30, 40; Ps. 104, 14; **ኢታሕሥሙ፡ ላዕለ፡ እሉ፡** Gen. 19, 7; **ኢይከሉ፡ አሕሥሞ፡ ላዕሌሁ፡** Jes. 11, 9. 50, 8; Kuf. 29; Judith 11, 1; **ሀገር፡ ታሐሥም፡ ላዕለ፡ ነገሥት፡** 2 Esr. 4, 15; **አሕሠሙ፡ ገቢረ፡ ላዕሌሁ፡** Mich. 3, 4; **አሕሠመ፡ ቃለ፡ ላዕለ፡** κακολογεῖν 1 Reg. 3, 13; Marc. 7, 10. 9, 39; **በኵሉ፡ ዘትሁብ፡ ኢታሕሥም፡ ቃለ፡** Sir. 18, 15;

ያሐሥሙ፡ አፉሆሙ፡ ላዕሌየ፡ φαῦλοι γλώσσῃ Sir. 20, 16. 29, 24. 3) aliquid *declarare malum, in malam partem accipere*: ያሐሥማ፡ ኃጢአ፡ ለንጹሕ፡ በአፉሁ፡ Sir. 13, 24; ኢታሕሥሙኒ፡ *ne mihi in malam partem imputetis* Lud. sine auctor.

አስተሐሠመ፡ IV, 1 aliquid *malum* vel *foedum censere* vel *declarare* Kuf. p. 143.

ሕሡም፡ part. 1) de rebus physicis: *foedus, turpis, malus, deformis*: ሕሡም፡ ራእዮሙ፡ Gen. 41, 19. 25, 27; Kuf. 19; Prov. 11, 22 gloss.; οὐκ εὐσχήμων Prov. 11, 25; *Satanae* ከነ፡ ሕሡመ፡ ራእዩ፡ ፈድፋደ፡ Clem. f. 6; (አእባን፡) ሕሡማት፡ ἀπρεπεῖς Herm. p. 78; ጼና፡ ሕሡም፡ ወጽዩእ፡ ወፍጉግ፡ Genz. f. 156; እለ፡ ይትሐወሱ፡ ሕሡማን፡ κνώδαλα Sap. 16, 1. 2) de animo, dictis, factis: *malus, pravus, futilis, nequam, iniquus* Job 2, 3; አልቦ፡ ዘትገብር፡ ሕሡመ፡ ምንተኒ፡ በሐሊስከ፡ Sir. 10, 6; ምግባሪክሙ፡ ሕሡም፡ ወኅሱር፡ Hez. 20, 44; ምግባሪት፡ ሕሡም፡ ወሕሙይ፡ ፍትወት፡ Jsp. p. 381; ἀδικία 1 Reg. 28, 10; λοιμός 29, 10; ትነቡ፡ ሕሡመ፡ ላዕለ፡ መልአክ፡ Jes. 8, 21; ኢታውሥእ፡ ሕሡመ፡ በአፉከ፡ 58, 13; አልቦ፡ ዘአውጽአ፡ ላዕሌሃ፡ ቃለ፡ ሕሡመ፡ Judith 8, 8; አውሥእዎ፡ በሕሡም፡ Jsp. p. 364; Tit. 2, 8 (φαῦλος); Gen. 31, 24; Lev. 19, 14. 20, 9; ነገር፡ ሕሡም፡ λόγος σαπρός Eph. 4, 29; ሕሡም፡ ዜና፡ *infamia* II Abtel. 39; ሕሡመ፡ ከነ፡ ሎቱ፡ እስመ፡ *displicuit ei, quod* Kuf. 7. 3) de rebus adversis: *malus, noxius*: ተአመን፡ ከመ፡ ሕሡም፡ አልቦ፡ ዘይረክበከ፡ Sir. 19, 10; ኢይረክቦ፡ ምንተኒ፡ ሕሡም፡ *quidquam mali ei non accidet* F. N. 24, 6; በሕሡም፡ እቀትሎሙ፡ (κακῶς) Matth. 21, 41. — *Voc. Ae.*: እኩይ፡ ሕሡም፡ ዘ፡ ቢስ ።

ሕሠም፡ subst. Pl. ሕሠማት፡ 1) *foeditas, turpitudo, deformitas*: ኢታስተአክዮ፡ ለሰብእ፡ እንበይነ፡ ሕሠሚሁ፡ Sir. 11, 2; ኢይክሉ፡ ይክድኑ፡ ሕሠሚሆሙ፡ በተሰርግዎ፡ Chr. Ta. 15; ሕሠመ፡ ራእየ፡ ብእሲቱ፡ F. N. 24, 1. 2) *macula, laesio, malum*: ኢተረክበ፡ እምላዕሌሁ፡ ሕሠም፡ (v. ሕሡም፡) διαφθορά Dan. 6, 23; *ornatus sanctitatis* ዘኢይረክቦ፡ ሕሠም፡ *nulli corruptioni obnoxius* Org.; ኵሉ፡ ዘይረክቦ፡ እምሕሠማት፡ *quodvis malum, quod ei accidit* F. N. 28. 3) ethice: *foeditas, malefactum, dedecus, probrum*: ሰይእ፡ ሕሠም፡ 2 Reg. 18, 13 ann.; አሀ፡ እምዘቲ፡ ሕሠም፡ Chr. Ta. 15; ኵሉ፡ ግብረ፡ ሕሠም፡ Jsp. p. 299; ገቢረ፡ ሕሠማት፡ *turpiter agere* Fal.; ዘይከውና፡ ሕሠመ፡ *quod mulieri dedecori est* F. N. 24, 3; በእንተ፡ ሕሠመ፡ ግዕዙ፡ ib.

ሕሥመት፡ n. act. *deformatio, defectus, vitium, menda*, Lud. sine auct.

አሕሣሚ፡ n. ag. (II, 1) *offendens, molestus*: ሀኬት፡ ወድከም፡ አሕሣምያን፡ F. N. 43, 4.

ሐሥረ፡ *ignominia affici* vid. sub ኀሰረ፡

ሐሠረ፡ rad. inus., sine dubio *flavescere, pallescere, arescere* de plantis; sonat hebr. חָשַׁשׁ et קָשַׁשׁ (Zeph. 2, 1), unde קַשׁ قَشّ *stipula*, חֲשַׁשׁ حَشِيش *foenum*; aram. קְשַׁשׁ ܩܫ *consenuit* (vid. infra ቀሲስ፡); sed in lingua arabica quaedam hujus stirpis nomina etiam tertiam literam ر habent, ut حُثَارَة *palea, gluma*, حُشْر *furfures*; al. Hinc:

ሐሠር፡ (amh. አሠር፡) subst., plerumque m., coll., 1) *culmus aridus, stipula, sarmenta* vel *ramalia arida*: *leviathano est* እብን፡ ከመ፡ ሐሠር፡ (χόρτος) Job 41, 19; καλάμη (igne conflagranda) Jes. 5, 14; ሐሠር፡ ይቡስ፡ ἄγρωστις ξηρά Jes. 9, 18; φρύγανα Jes. 40, 24. 41, 2. 47, 14; Jer. 13, 24; ከምረ፡ ሐሠር፡ στυππεῖον συνηγμένον Sir. 21, 9; Jud. 15, 14; κάρφος Matth. 7, 3. 4. 2) *palea, gluma* (ἄχυρον, ἄχυρα): ሐሠር፡ ለገቢረ፡ ግንፋል፡ Ex. 5, 7; ከመ፡ የአልዱ፡ ብርዐ፡ ለሐሠር፡ 5, 12; Matth. 3, 12; Luc. 3, 17; Job 41, 18; ከመ፡ ሐሠር፡ ዘቀድመ፡ ገጸ፡ ነፋስ፡ Job 21, 18; Sir. 22, 18; Jes. 17, 13; Jer. 23, 28 (opp. ሥርናይ፡); pabulum pecuarium: Gen. 24, 32; 3 Reg. 4, 21; Jes. 11, 7.

ሐሥአ፡ *sedari* vid. sub ኀሥዐ፡

ሐሠየ፡ *fricare* vid. sub ሐሰየ፡

ሐሠየ፡ *gaudere, laetari*; vicina sunt (חָדָה ܚܕܝ *gavisus est?*) أَشَّ *agilis fuit, exultavit*; بَشَّ *laetus fuit, exultavit*; هَشِشَ *alacer, agilis, laetus fuit*. — Stirpis I, 1 exemplum affert Ludolfus in *Addendis* ad suum lexicon: ሐሠየት፡ ምድር፡ *exultavit terra* Enc. Mar., sed ipse caute annotavit: „*modo ne mendosum sit*."

ሐሠየ፡ I, 2 *insolenti alacritate gestire, effusum esse in laetitiam*: ኢትሠሥእ፡ ለኵሉ፡ መብልዕ፡ ወኢትሐሢ፡ ለኵሉ፡ እክል፡ ዘርኢከ፡ Sir. 37, 29.

ተሐሠየ፡ et **ተሐሥየ፡** III, 1 *laetari, laetitia exultare, alacritate gestire*: ይትሐሠዩ፡ περιχαρεῖς ἐγένοντο Job 3, 22. 29, 22; እንዘ፡ ትትሐሠይ፡ ἐν εὐφροσύνῃ Sir. 32, 11; Jes. 9, 3; 1 Par. 29, 9; ἀγαλλιᾶσθαι Ps. 2, 11. 9, 2. 125, 2. 15, 9. 66, 4. 96, 1; Matth. 5, 12; 2 Reg. 1, 20; c. c. በ ut ይትሐሠዩ፡ ብከ፡ Kuf. 25; Jes. 14, 8. 25, 9; Ps. 149, 2; Prov. 2, 14. 23, 25; c. በእንተ፡ Hez. 25, 6; Herm. p. 63; c. ለ pers. συγχαίρειν τινί Phil. 2, 17. 18.

ሐሤት፡ subst., m. et fem., *laetitia, alacritas, exultatio*: χαρμονή Job 3, 7. 20, 5; χαρά Sir. 30, 16; Jes. 55, 12; Ps. 20, 6; εὐφροσύνη Jes. 52, 9; Jer. 7, 34. 16, 9; 1 Par. 29, 17; ἀγαλλίαμα Sir. 15, 6. 30, 22; Jes. 16, 10. 51, 3. 65, 18; Ps. 50, 9; Hen. 5, 9. Creberrime usurpatur haec vox, et haud raro cum ፍሥሓ፡ conjuncta.

ሐራ፡ *exercitus* vid. sub II ሐረረ፡

ሕርመት፡ *apex* vid. sub ኀርመት፡

ሐረመ፡ I, 1 [id. q. حَرُمَ *prohibuit*, pec. a communi usu; *rem fecit illicitam*; حَرَمَ *illicita fuit res*; הֶחֱרִים ܐܰܚܪܶܡ أَحْرَمَ *anathematizavit*; amh. ሐረመ፡ et አረመ፡; cfr. etiam aeth. ሐርተመ፡]. 1) *prohibere a communi usu, sacrare* vel *dicare Deo*: ተሐርምዎሙ፡ (v. ታሐርምዎሙ፡) ለእግዚ"፡ Mich. 4, 13; ኵሉ፡ ዘየሐርሙ፡ ἀφόρισμα Hez. 44, 29; Lev. 27, 28; Did. (ed. Platt) p. 59. 2) *sacra curare* vel *colere*: እለ፡ የሐርሙ፡ (Pltt: የሐርምዎ፡) ለደብተራ፡ οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες Hebr. 13, 10. 3) *illicitum censere* vel *dicere*: እለ፡ የሐርሙ፡ አውስቦ፡ κωλύοντες γαμεῖν 1 Tim. 4, 3;

በእንተ፡ ዘሐረመ፡ አውስቦ፡ Lud. e Syn.; በእንተ፡ ዘየሐርም፡ ንጹሐ፡ II Abtel. 47 (usitatior est stirps II, 1).

ሐረመ፡ I, 2 *anathematizare, anathemate prohibere:* አነ፡ ሐረምኩ፡ ወአውገዝኩ፡ ከመ፡ አልቦ፡ ዘይበውእ፡ ውስተ፡ መንግሥተ፡ እግዚ"፡ ዘኢየአምን፡ Clem. f. 265; ንሐርም፡ እምቅድስት፡ ቤት፡ ክርስቲያን፡ እለ፡ ገብሩ፡ ዐመፃ፡ Clem. f. 197.

አሐረመ፡ II, 1 1) *Deo sacrare, dicare, sacrum constituere:* ገብሩ፡ ሎሙ፡ ምስለ፡ ወአሐረሙ፡ ያመ፡ ውስተ፡ ኵሉ፡ አድባር፡ 4 Reg. 17, 10; አሐረምዎን፡ (ለመዋዕል፡) ለርእሶሙ፡ Esth. 9, 30. 2) *Deo devovere, prohibere rem velut Deo devotam, anathematizare* Num. 18, 14; Jos. 6, 17. 18. 7, 1 seq.; Jud. 1, 17; 2 Esr. 10, 8; 1 Reg. 15, 3. 3) *illicitum dicere, vetare, prohibere* Ex. 8, 22; አሐረሙ፡ ለነ፡ አውስቦ፡ 1 Cor. 9, 6; ኀጢአት፡ ዘአሐረመ፡ እግዚ"፡ F. M. 2, 6; ከማሁ፡ ለዕደውኒ፡ አሐረሞሙ፡ እግዚ"፡ ቀሪበ፡ አንስቲያሆሙ፡ በመዋዕለ፡ ትክቶሆን፡ F. M. 10, 1; c. ላዕለ፡ prs. F. N. 24, 2; አሐረመ፡ በተዋስቦቶሙ፡ ላዕሌነ፡ *nobis connubio cum illis interdixit* F. M. 5, 3; እምስቴ፡ ማይ፡ አሐረምኩ፡ ጕርዔኩ፡ Snx. Nah. 24 Enc.; አሐረመ፡ ሐይወቶ፡ እምነጽር፡ አንስት፡ Snx. Tah. 30 Enc.

ተሐርመ፡ III, 1 vid. sub ተሐረመ፡ Nr. 3.

ተሐረመ፡ III, 2 pass. et refl.: 1) pass. *interdici* alicui, *prohiberi* a re: ኵሎን፡ (እላንቱ፡ አንስት፡) ተሐረማ፡ ላዕሌነ፡ *his omnibus feminis nobis interdictum est* F. M. 5, 3; ከመ፡ ይዕቀቡ፡ ዘ (እምዘ፡ rom.) ይትሔረሙ፡ Act. 21, 35. 2) *sibi* (et aliis) *interdicere re tamquam illicita, abstinere* re, pec. religionis causa: Rom. 14, 5. 6; ኢትበል፡ በእንተ፡ እግዚ"፡ ተሐረምኩ፡ (διὰ κύριον ἀπέστην) Sir. 15, 11; ኢይትሔረሙ፡ በእንተ፡ እግዚ"፡ ወበሕቱስ፡ ይጸየፉ፡ ዘበበይነ፡ ሠንዮ፡ ሥጋቲሆሙ፡ Phlx. 91; መባልዕት፡ ዘይትሔረሙ፡ አይሁድ፡ እምኔሁ፡ Macc. f. 15; ዘይትሔረም፡ አውስቦ፡ (ubi Graecus εἴ τις γάμον μέμφεται habet) Can. Gangr. 1. 3) III, 1 et 2: *sacra colere, religionem* (pec. veram) *sequi* (abstinentem a rebus mundanis vel ethnicis): ተገዝሩ፡ ወተሐረሙ፡ (v. ተሐርሙ፡) በእንተ፡ ፍርሀቶሙ፡ ለአይሁድ፡ Esth. 8, 17; ዘይትሔረም፡ (Platt addit: ለእግዚ"፡) θρῆσκος Jac. 1, 26; ዘከመ፡ መሀርኩክሙ፡ ትትሐረሙ፡ ከማሁ፡ ተዐቀቡ፡ 1 Cor. 11, 2; *Christiani* ሶበ፡ ይትሐረሙ፡ እምትሕርምታቲሆሙ፡ *si unum aliumve e ritibus sacris* (ethnicorum Judaeorumve) *peragunt*, Clem. f. 128.

ሐሩም፡ part. 1) Deo *sacratus, sacer:* ሐሩመ፡ ይኩንክሙ፡ ወቅዱሰ፡ ለእግዚ"፡ Ex. 30, 37; ንዋዩ፡ (ለዘመንኰሰ፡) ክነት፡ ሕርምተ፡ ለእግዚ"፡ F. N. 10. 2) in specie *Deo devotus et anathematizatus* Jos. 6, 18. 7, 11 seq.; ሐሩም፡ ዘሐረሙ፡ Lev. 27, 28. 29; ሀገር፡ ሕርምት፡ Jes. 19, 18 (vrs. una); ይኩን፡ ቅዉመ፡ ወሐሩመ፡ እምቤተ፡ ክርስቲያን፡ Clem. f. 85. 3) *illicitus, vetitus, interdictus:* Act. 25, 16; ሥርወ፡ ሐሩም፡ Gen. 32, 26. 33; ሰስሎ፡ እምነ፡ ሐሩም፡ *recedere ab illicito* Jsp. p. 351; ገበሬ፡ ሐሩማት፡ ib. p. 352; ዘተከልአ፡ እምተዋስቦ፡ ኀልዮ፡ ከመ፡ ሕርምት፡ ይእቲ፡ F. M. 9; c. ለ vel ላዕለ፡ prs., ut: ሐሩም፡ ለነ፡ F. M. 32, 7; ዝንቱ፡ ሐሩም፡ ላዕለ፡ ምእመናን፡ ib.; Phlx. 214. 4) *abstinens:* ሐሩመ፡ ሥጋ፡ ወወይን፡ Sx. Masc. 2 Enc.; ከርሠ፡ ድንግል፡ ማርያም፡ ሕርምት፡ ሩከቤ፡ ወዘርእ፡ Teb. Tab. 81; ኄራን፡ ወሐሩማን፡ ወመስተጋድላን፡ Kedr. f. 87.

ሕርም፡ subst. *res illicita, lege prohibita*, Lud. sine auct.

ሕርመት፡ subst. m. et fem., Plur. ሕርመታት፡ 1) *interdictum:* ሕርመት፡ ተዋስቦ፡ F. M. 5, 1; ሕርመት፡ ሐራውያ፡ *carnis suillae* F. N. 45. 2) *abstinentia:* በእንተ፡ ሕርመት፡ በሊዐ፡ ሥጋ፡ Can. Gangr. 2 (vid. ትሕርምት፡). 3) *opus sacrum, ritus sacer, caeremonia:* θρησκεία Col. 2, 18; Jac. 1, 26. 27; Act. 26, 5 rom.; *Christianus* ኢይገበር፡ በዓለ፡ ምስሌሆሙ፡ (cum Judaeis et ethnicis) አው፡ ሕርመተ፡ ምስሌሆሙ፡ Clem. f. 270; ሕርመታተ፡ አይሁድ፡ Macc. f. 15; ወባዕደኒ፡ ብዙኀ፡ ሕርመተ፡ ዘይትዐቀቡ፡ Marc. 7, 4. 4) *religio:* νόμος Herm. p. 66; ኢየኀብሩ፡ ሕርመተ፡ አይሁድ፡ Joh. 4, 9; διαθήκη ታቦተ፡ ዘሕርመት፡ Ex. 31, 7; በእንተ፡ ሕጉ፡ ለልዑል፡ ወበእንተ፡ ሕርመትከ፡ Sir. 42, 2; μυστήριον Rom. 16, 25; ሕርመተ፡ ትምህርት፡ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου Eph. 6, 19; Col. 4, 3 rom.; ምንትኑ፡ ሕርመትክሙ፡ *quam religionem profitemini?* Sx. Hed. 7. — *Voc. Ae.:* ሕርመት፡ ዘ፡ ተዐቀበ፡ ሥርዐትኒ፡ ይ፡; *aliud:* ሕርመት፡ ብ፡ መጠበቅ፡ ሥርዐትኒ፡ ይ።

ምሕራም፡ subst., Pl. ምሕራማት፡ 1) *sacrum* (septum) communi usui exemtum (cfr. حَرَم), pec. lucus, ubi idolum positum est; በአታተ፡ ምሕራሞሙ፡ τὰ σπήλαια αὐτῶν Hab. 2, 15; ἄλση: እገዝም፡ ምሕራማቲከ፡ Mich. 5, 13; 4 Reg. 18, 4; ሐውልተ፡ ምሕራማቲሆሙ፡ 3 Reg. 14, 23; ምሕራመ፡ ያም፡ 15, 13. 16, 33. 18, 19; 4 Reg. 13, 6; etiam Ps. 80, 6 Aethiops pro ἄρσεων legisse videtur ἀλσεων; τεμένη Hez. 6, 6; κῆποι Jes. 1, 29; τὰ δένδρα Jes. 17, 8 vrs. alt. et אֲשֵׁרִים Jer. 17, 2 vrs. nov.; etiam Jes. 27, 9 ምሕራማት፡ ጣዖት፡ ተገዝመ፡ (εἴδωλα) arbores sacrae intelligendae videntur. Aethiopes his in locis ምሕራማት፡ *idola* interpretantur, quare *Voc. Ae.:* ምሕራማት፡ ዘ፡ ጣዖት፡ 2) *delubrum, templum* (Deorum idolorumve): ምሕራማት፡ τὰ ἱερά Hez. 27, 6; Hen. 99, 7; ቤቴል፡ ምሕራመ፡ ንጉሥ፡ ይእቲ፡ Am. 7, 13 [vid. etiam ምኵራብ፡]. — *Voc. Ae. aliud:* ምሕራም፡ ብ፡ የጣዖት፡ መስገጃ።

ተሐራሚ፡ n. ag. (III, 2): *qui sibi interdicit re* pec. religionis causa, *abstinens:* መነከሳት፡ ተሐራምያን፡ Gad. T. H.; Sx. Jac. 25 Enc.; Sen. 3.

ትሕርምት፡ subst. 1) *abstinentia* devotionis causa: የብሰ፡ ሥጋሁ፡ እምብዝኀ፡ ትሕርምት፡ Phlx. 16. 81; ተጸራዕከ፡ እምትሕርምትከ፡ *solutus es a voto tuo* Enc.; M. M. f. 286. 2) *ritus sacer* (i. q. ሕርመት፡), Pl. ትሕርምታት፡ Clem. f. 128 (vid. supra sub ተሐረመ፡ Nr. 3).

ሐርማዝ፡ et ሐርመዝ፡, nomen bestiae, sine dubio i. q. هرميس, quod interpretantur: *saevus leo, rhinocerus, bubalus:* ረከበ፡ አርዌ፡ ዐቢየ፡ ዘስሙ፡ ፈልፈል፡ ዘውእቱ፡ በሐበሲ፡ ሐርማዝ፡ ብሂል፡ Lib. Myst. (Lud.); ማኀደረ፡ ሐርማዝ፡ ወድስክን፡ ib. (Lud.); አዘዘ፡ ከመ፡ ይግበሩ፡ ሎሙ፡ (ለምውታን፡) ፲ ማጸኑ፡ እምአዕጽምተ፡ ሐርመዝ፡ ወይግንዝዎሙ፡ Sx. Genb. 10.

ሐሪሥ፡ nomen animalis, id. q. حَرِيش *rhinoceros*, qui nomen a cutis asperitate traxit (حَرِشَ *aspera cute fuit* cfr. חָרֵס): አርዌ፡ ሐሪስ፡ μονόκερως Job 39, 9. — *Voc. Ae.:* ሐሪስ፡ ዘ፡ አውራሐርስ፡ (v. አውራርስ፡, v. አውራሪስ፡). Videre licet

de አውራሪስ፡ Bruce V p. 92—115. 283—287; Harris II Anh. p. 50.

I. ሐረረ፡ radix, quae etiam ሐለለ፡ pronuntiatur, q. vid.; arab. حَرَّ ferbuit, incaluit; חָרַר aruit, adustus est; חָרַר, חַר id.; حَرِيَ aruit prae calore.

ሐረ፡ vel ሐረረ፡ (Perfectum equidem nusquam legi) I, 1 Subj. ይሕርር፡ et ይሕረር፡, *arere, exarescere, aduri, torreri* igne: ትየብስ፡ ወትሐርር፡ (ἄμπελος καύσωνι) Hez. 17, 10; ከመ፡ ይሕርር፡ ሥጋሃ፡ ὅπως ταχῇ τὰ κρέα Hez. 24, 10; ይሕረር፡ ሥጋሆሙ፡ Macc. f. 2.

አሕረረ፡ II, 1 *amburere, igne exsiccare*: ያሐርር፡ ለ ማዕር፡ ከመ፡ እሳት፡ Sir. 43, 21; አሕረርዎሙ፡ በእሳት፡ *postquam torruerunt* (rem) *igne* M. F. (saepius).

ሕሩር፡ part. *combustus, arefactus*: ደብር፡ ሕሩር፡ ὄρος ἐμπεπυρισμένον Jer. 28, 25.

ሐሩር፡ subst., m. et fem.: *ardor, fervor, aestus*, pec. solis et *venti ferventis*: ጊዜ፡ ሐሩር፡ *horae aestus meridiani* F. N. 10, 6; ሙቀት፡ ሐሩር፡ Hen. 4; Herm. p. 96; ደብረ፡ ሐሩር፡ πεδίον ἀφανισμοῦ Joel 2, 3; καῦμα Jer. 17, 8; Job 24, 24; Apoc. 7, 16. 16, 8. 9; καύσων Job 27, 21; Judith 8, 3; ነፋስ፡ ሐሩር፡ Hos. 13, 15; ነፋስ፡ ሐሩር፡ Jon. 4, 8; de *aestu* cupidinum juvenilium Phlx. 106.

ሕሩር፡ subst.: 1) *fervor, ardor*, ut febris: በሕሩረ፡ ዐ ጽሙ፡ ወሥጋሁ፡ ፈወሰ፡ Sx. Haml. 21 Enc. 2) *pruna, favilla*: ንሣእ፡ ለከ፡ ሕሩረ፡ ዕጣን፡ τέφραν θυμιαμάτων Tob. 6, 17. 8, 2. — [*Voc. Ae.*: ሕሩረ፡ ዕጣን፡ ዘ፡ ድቁስ፡].

II. ሐረረ፡ rad. inus. (de qua vid. Ges. in thes. p. 457. 528): 1) *candidus, splendidus fuit* (i. q. חָוַר, حَوِرَ, حَارَ IX) 2) *nobilis, liber, ingenuus fuit* (חֹר *nobiles*, حَرَّرَ *libertum fecit*, חֵרֵר *libertate donavit*, حَرَّ *nobili stirpe natus, ingenuus fuit*; amh. ሐርነት፡ et አርነት፡ *libertas*). Hinc

ሐሪር፡ subst. a rad. Nr. 1 [i. q. حَرِير, amh. ሐር፡; vic. חוּר *linteum candidum et subtile*] *sericum* (album): ዘይለብስ፡ ሠቀ፡ ምስለ፡ ዘይለብስ፡ ሐሪረ፡ Phlx. 56; crebro in *Synaxario*, ut መንጦላዕት፡ ዘሐሪር፡ Masc. 16; Pl. ሐሪራት፡ *vestes sericae*, Lud. Comm. ad Hist. Aeth. p. 496 n. 9.

ሐራ፡ subst. (a rad. Nr. 2; primitus significat *nobiles, liberos*, quorum praecipuum munus erat cum rege in expeditionem proficisci, vid. Lud. in lex. amh. p. 5: ሐራ፡ *liber homo, ingenuus*) 1) coll. *exercitus, copiae*: ኵሉ፡ ሐራሁ፡ στρατιά Ex. 14, 4; Judith 5, 24. 6, 6. 7, 1; ፳፻ብእሲ፡ ሐራ፡ 2 Reg. 23, 8; 3 Reg. 22, 34; στρατιῶται, στρατευόμενοι Matth. 8, 9; Marc. 15, 16; Luc. 3, 14; ሊቀ፡ ሐራ፡ Act. 28, 16 rom.; copiae coelestes: ሐራ፡ ሰማይ፡ Luc. 2, 13; Apoc. 19, 14; Hen. 104, 6. 2) coll. *tribuni, centuriones, praefecti militum*: ይሬስዮሙ፡ ሐራሁ፡ ወወዓሊሁ፡ ἑκατοντάρχους καὶ χιλιάρχους 1 Reg. 8, 12; ወዓሊሁ፡ ወሐራሁ፡ παρατρέχοντες (vid. 11, 6) καὶ τριστάται 4 Reg. 10, 25. 3) sing. *miles, vir militaris* Act. 10, 7 (Platt); አነ፡ ሐራ፡ ለክርስቶስ፡ (ait Minas) Mavâs. Nr. 18; item in Deg.

ሐራዊ፡ adj. rel. et subst. 1) *liber, nobilis, ingenuus*, ἐλεύθερος (opp. ገብር፡) Chr. Ta. 15. 2) qui ad exercitum pertinet, i. e. a) *centurio, tribunus* Marc. 15, 44. 45. b) *miles, miles gregarius* δημότης (opp. ንጉሥ፡) Sap. 18, 11; στρατιώτης Joh. 19, 23; ሐራዊ፡ መኰንን፡ *miles proconsulis* Const. Ap. 27; ሐራዊ፡ ዘክርስቶስ፡ *miles Christi* Phlx. 192.

ሐረሰ፡ *in puerperio cubare* vid. sub ኀረሰ፡

I. ሐረሰ፡ I, 1 [radix per omnes linguas semiticas diffusa 1) *incidit, insculpsit* (חָרַשׁ) 2) *aravit* חָרַשׁ, حَرَثَ, ܚܪܫ, amh. አረሰ፡] Subj. ይሕርስ፡, *arare*: ዘየሐርስ፡ ὁ ἀροτριῶν Sir. 6, 19; Luc. 9, 62; በኑ፡ ኵሉ፡ እሚረ፡ የሐርስ፡ ዘየሐርስ፡ Jes. 28, 24; 4 Esr. 4, 47. 8, 9; Job 1, 14; ይዘሀር፡ በሐሪሱ፡ Sir. 38, 25; አልቦ፡ ሐሪስ፡ Kuf. 43; ሐሪስ፡ *aratio, tempus arationis* Kuf. 29; c. c. Acc. agri: የሐርስ፡ ለከ፡ ትልመ፡ ገራውሂከ፡ Job 39, 10; የሐርስዋ፡ ለጽዮን፡ ከመ፡ ገራህት፡ Mich. 3, 12; Hez. 36, 9; et c. Acc. seminis (*inarare*): ዘእንበለ፡ ይሕ ርሱ፡ ዘርአ፡ Kuf. 11; c. በ jugi: ኢሐረሰ፡ በአርዑት፡ Sir. 28, 19 (cfr. Lev. 19, 19) et jumenti: ኢትሕርስ፡ በአድግ፡ ወበላ ህም፡ ኅቡረ፡ Deut. 22, 10. Transfertur: ኢትሕርስ፡ ሐሰተ፡ ላዕለ፡ቢጽከ፡ Sir. 7, 12; Job 4, 8. *Opus arandi* ግብረ፡ ሐሪ ስ፡ ponitur pro *labore gravi* ἔργον λατρευτόν Ex. 12, 16.

አሕረሰ፡ II, 1 *arandum curare*: ያሐርስሙ፡ ገራህቶ፡ 1 Reg. 8, 12 var. (aliter Lev. 19, 19).

ተሐርሰ፡ III, 1 *arari*: ቈላት፡ ዘኢተሐርሰ፡ ወኢተዘርአ፡ Deut. 21, 4; ኵላ፡ ምድር፡ ዘይትሐረስ፡ Jes. 7, 25; ተሐሪሳ፡ Hebr. 6, 7 rom.

ሐራሲ፡ n. ag., Pl. ሐረስት፡ et ሐራስያን፡ (Org.) *arator, agricola*: Joel 1, 11; Jes. 61, 5 (var.); Jer. 14, 4. 52, 16; Koh. 5, 8; Matth. 21, 33; Hen. 97, 9; እስመ፡ መፍቀሬ፡ ሐረ ስት፡ ውእቱ፡ 2 Par. 26, 10.

ሐረሳዊ፡ (nonnumquam ሐርሳዊ፡) adj. rel. et subst., id. q. ሐራሲ፡ sed potissimum in Singulari usurpatur, ሐራሲ፡ in Plur.; γεωργός ሐረሳዊ፡ ብእሲ፡ Gen. 49, 15; Sap. 17, 16; Jer. 28, 23; 4 Esr. 8, 46. 49. 52. 9, 17; Luc. 17, 7; 2 Tim. 2, 6; Jac. 5, 7.

ማሕረስ፡ subst. *aratrum* (etiam pro Plur.): Jes. 2, 4; Joel 4, 10; Mich. 4, 3; 4 Reg. 25, 12; ግብረ፡ ማሕረስ፡ ἔργον λατρευτόν Num. 28, 18. 25. 26. 29, 1. Pro ἀροτρόπους *vomer* positum legitur Jud. 3, 21. — *Voc. Ae.*: ማሕረስ፡ ብ፡ ማረሻ፡

II. ሐረሰ፡ radix, quae etiam in חֲרָשִׁים (Jes. 3, 3), سِحْر *ars magica*, سَاحِر *magus, incantator*, ܐܬܚܪܫ *incantatus est*, חָרָשָׁא *magus* conservata est. Hanc radicis significationem quomodo *Gesenius* cum חָרַשׁ *incidit, fabricatus est* componere conatus sit, vid. in thes. p. 529; alii ut *Fürst* hanc significationem ad خَرِسَ *obmutuit* (hebr. חֵרֵשׁ *surdus*, הֶחֱרִישׁ *siluit*, أَخْرَس *mutus*) referre et a *silendo* notionem *mussandi, submisse loquendi* repetere malunt.

ሐረሰ፡ I, 1 in Perf., Imperf. et Subj. mihi quidem nondum obvium est factum, sed reperiuntur Infinitivi formae ሐሪስ፡ et ሐርሶ፡, quas vid. sub ሐረስ፡

ሐረስ፡ vel ሐርስ፡, nec non ሐራስ፡, subst., *incantationis* vel *magiae genus*; accuratius ejus notionem vix definire licet:

ሰብአ፡ ሐርሶ፡ (CG: ሐረስ፡) sunt ἐγγαστρίμυθοι Lev. 19, 31; item ሰብአ፡ ሐርስ፡ (CG: ሐረስ፡) Lev. 20, 6; ዘሐርስ፡ (C: ዘሐሩስ፡, G: ዘሐረስ፡) est ἐπαείδων Deut. 18, 11. In Gad. T. H. legi formam: ሰብአ፡ ሐሬስ፡ (juxta ሰብአ፡ ሰገል፡); in Clem. f. 219 ሰብአ፡ ሐሩስ፡ ወሥራይ፡ ወሰገል፡ ወጣዖት፡ Etiam in Synodo et aliis in libris occurrunt hae voces, sed de notione genuina nihil inde efficere licet.

ሐሩሲ፡ n. ag. et **ሐረሳዊ፡** adj. rel.: *incantator, magicam artem exercens, ventriloquus:* ሐሩስያን፡ ግብጽ፡ ἐπαοιδοί Ex. 7, 11. 8, 3. 14; ἐγγαστρίμυθοι Lev. 20, 27; ሐረሳውያን፡ Clem. f. 82. et Ex. 7, 22.

ሐርበደ፡ vid. sub ሀርበደ፡

ሐርተመ፡ quadr. I. (sine dubio denominatum a ሕርመት፡ substantivo e ሐረመ፡ oriundo, vid. gramm. p. 112. 113, et cfr. مَحْرُوم *prohibitus; infelix; is cui a Deo melior vitae sors denegata est*; praeterea حَرْمَز et حَرْدَم *maledixit*) proprie: diris obnoxium vel sacris interdictum esse, inde *aerumnosum, calamitatibus circumventum, miserabilem esse;* nec non *perditum, vilem, contemtissimum esse:* ταλαιπωρεῖν ሐርተመ፡ ተዓይን፡ Jer. 4, 20; ኅሰርነ፡ ወሐርተምነ፡ Mich. 2, 4; Ps. 37, 6; ἀτιμάζεσθαι የሐረትም፡ እጓለ፡ እመሕያው፡ Jes. 5, 15; ዠለኔ፡ ተሐረትም፡ ምክዐቢተ፡ ታስተኀፍር፡ አበሃኒ፡ ወታስተኀፍር፡ ምታሂ፡ ዝልፍተ፡ Sir. 22, 5; ወልድ፡ ዘሐርተመ፡ (de filio illo prodigo Evangelii) Org.

አሐርተመ፡ II. *miseriam, aerumnam et ignominiam afferre* alicui: ሕርቱም፡ ዘአሐርተመቶ፡ ዳኅፃቲሁ፡ Genz. f. 88; ለአብ፡ ኃጥእ፡ ያሐረትሙ፡ (v. የሐ"፡)ውሉዱ፡ Sir. 41, 7.

ሕርቱም፡ part. 1) *scelestus et deperditus; infelix, miserrimus, aerumnosus:* βδελυκτός ውሉድ፡ ሕርቱማን፡ Sir. 41, 5; ትውልደ፡ ሕርቱማን፡ τέκνα ἀπωλείας Jes. 57, 4; ἀπολλύμενοι 1 Cor. 1, 18 rom.; 2 Cor. 4, 3: ወልድ፡ ሕርቱም፡ (de filio illo prodigo Evangelii) Did. 10; የሐይዉ፡ ሕርቱመ፡ ζῶσιν ἀδίκως Sap. 14, 28; qui foedus init cum Satana, vocatur ብእሲ፡ ሕርቱም፡ Clem. f. 221; de homine mente capto: ልቡ፡ ሕርቱም፡ ወዕንቡዝ፡ Gad. T. H.; τάλας, ταλαίπωρος: ሕርቱም፡ አነ፡ Jes. 6, 5; Sap. 3, 11. 15, 14; 4 Esr. 8, 60. 2) nonnumquam id. q. ሕሩም፡, *interdictus, illicitus:* si quis duas uxores duxerit ወኢሰደደ፡ ዳግሚተ፡ ዘይእቲ፡ ሕርትምት፡ F. M. 5, 4; ሰብሳብ፡ ርኩስት፡ ወሕርትምት፡ ib. 9, 4 (sed in titulo capitis ሕርምት፡ scriptum est); ረበሕ፡ ርኩስት፡ ወሕርትምት፡ ib. 18, 1. (In Sx. Tachs. 13 legitur ሕርትምት፡ *votum* pro ትሕርምት፡).

ሕርትምና፡ subst., m. et fem., Pl. ሕርትምናት፡ *conditio scelesti et deperditi; scelus, impietas; perditio; miseriae et aerumnae*: ἀσέβεια Hab. 1, 3; Eph. 4, 19 (ἀσέλγεια); ἀπώλεια Deut. 7, 23; ይመጽእ፡ ሕርትምና፡ ላዕሌከ፡ Jes. 47, 11. 54, 16; 4 Esr. 6, 21. 8, 43; Phil. 1, 28. 3, 19; Hebr. 10, 39; 2 Petr. 2, 1; ወልደ፡ ሕርትምና፡ 2 Thess. 2, 3; ταλαιπωρία Ps. 31, 4; Jer. 4, 20. 20, 8; Hab. 2, 17; Am. 3, 10; Jac. 5, 1; 4 Esr. 10, 43; ኵሎን፡ ሕርትምናት፡ F. M. 2, 5. — *Voc. Ae.:* ሕ"፡ ዘ፡ መጐሰቈል፡; *aliud:* ሕ"፡ ዘ፡ ግዕዝና፡ ወመቅበዝበዝኒ፡ ይ ።

ሐረወ፡ rad. inus., cujus significatio prima est *cavare, fodere;* vic. ኀረወ፡ q. v. — Hinc nomen traxisse videtur ሐራውያ፡ *porcus*, ut qui terram suffodiat et eruat (vid. عِفْر). Et mihi quidem hoc etymon magis placet, quam si quis ሐራውያ፡ vel ad خَنزِيرٌ, amh. ሐሩ፡, hebr. חֲרָאִים (quia porcus stercus effodit et in coeno se volutat) vel ad خَرَّ, خَرْخَرَ, نَخَرَ ንሕረ፡ (ob grunnitum porci) referre voluerit.

ሐራውያ፡ et (in antiquioribus libris mss.) ሐረውያ፡ et ሐረዊያ፡ (ut Lev. 11, 7 FH.; Jes. 65, 4. 66, 3 cod. Laur.) m. et fem., Plur. አሕርው፡ (ሐራውያን፡ in Cod. Tub. Clem. f. 249 videtur esse lectio prava) *sus, porcus*, sing. Lev. 11, 7; Prov. 11, 22; ሐራውያ፡ ተኀፂቦ፡ ገብአት፡ ዲቦ፡ ፀብር፡ 2 Petr. 2, 22; ሐራውያ፡ ሐቅል፡ ለዋው፡ 2 Reg. 17, 8; ሐራውያ፡ ገዳም፡ Ps. 79, 14; እመ፡ ይዌልጥ፡ ሐራውያ፡ ጸጕሮ፡ ከመ፡ ፀምር፡ Kuf. 37; coll. Hen. 89, 10. 12. 42; ደመ፡ ሐራውያ፡ αἷμα ὕειον Jes. 66, 3; ሥጋ፡ ሐራውያ፡ κρέας ὕειον 65, 4; Jsp. p. 287; pl. Matth. 7, 6. 8, 30. 31; Marc. 5, 11; Luc. 15, 15; Clem. f. 104. — In locis allegatis ሐራውያ፡ porcum domesticum significat; *aprum* autem appellare solent ሐ"፡ ሐቅል፡ vel ሐ"፡ ገዳም፡ (cui ሐ"፡ ቤት፡ opponi asserit Ludolfus). Sed etiam aprum ferum hac voce significari, demonstrant alii loci, ut ከነ፡ እቡደ፡ ከመ፡ ሐራዊ፡ (sic) Gad. T. Haim. — De vocali vocis finali *â* vid. gramm. § 131, 1. — Praeterea vid. ሕንዚር፡ et መፍልስ፡. — *Voc. Ae.:* መፍልስ፡ ወሐራውያ፡ ዘ፡ ሕርያ፡ (v. እርያ፡). De እርያ፡ *phascochoero africano* vid. Harris Reise, Anh. S. 50.

ሐረደ፡ I, 1 [amh. አረደ፡, arab. حَرَدَ *perforavit;* vic. سَرَبَ *jugulavit*] Subj. ይሕርድ፡, *jugulare, mactare* Gen. 37, 31; Ex. 12, 6. 29, 11; ሕርድ፡ ወብላዕ፡ Act. 10, 13; ወሐረደ፡ ሎቱ፡ አልህምተ፡ ወአባግዐ፡ ብዙኀ፡ 2 Par. 18, 2; Kuf. 21. 50; ከመ፡ ይሕርዱ፡ መሥዋዕተ፡ (v. ይሕረዱ፡) Hez. 40, 39 vrs. nov.; ከመ፡ ይሕርዶ፡ ለወልዱ፡ Gen. 22, 10; የሐርዶ፡ ክሣዶ፡ ἀποκνίσει τὴν κεφαλήν Lev. 5, 8; ኢትብልዑ፡ እንስሳ፡ ዘእንበለ፡ ይሕርድዎ፡ ሕያዎ፡ Kedr. f. 88.

ተሐርደ፡ III, 1 *jugulari, mactari: ne edant* ዘኢተሐርደ፡ Kedr. f. 88; በከመ፡ በግዕ፡ መጽአ፡ ለተሐርዶ፡ Act. 8, 32 rom.; ተሐርደ፡ በእንቲአነ፡ ክርስቶስ፡ በግዐ፡ መሥዋዕት፡ Cyr. c. Pall. f. 91; et hom. Acacii in Cyr. f. 106.

ሕሩድ፡ part. *jugulatus* M. M. f. f. 178.

ሕርደት፡ n. act.: *jugulatio* Org. 7; M. M. f. 23.

ሐረገ፡ rad. inus., hebr. et אָרַג et שָׂרַג, aram. סְרַג *plexit*, unde שָׂרִיגִים *palmites vitis*, aram. זַרְגִּין id., arab. سَرْع *palmes vitis ejusdem anni*, سَرَعْرَع id., زَرَجِينَة *vitis*, زَرَجُون *vitis, vitis palmites*. Vic. est ሀረከ፡ q. v. Hinc

ሐረግ፡ subst., m. et fem., Plur. አሕሩግ፡ et አሕሩግ፡ (Org. lect. 2, et Herm. p. 50[a], sed paulo infra semel iterumque አሕሩግ፡) *palmes vitis, vitis:* ሐረገ፡ ወይን፡ ቅድሜየ፡ ἄμπελος Gen. 40, 9; ወውስተ፡ ውእቱ፡ ሐረግ፡ ሠለሰ፡ አዕጹቂሁ፡ ወአውጽአት፡ አስከለ፡ 10; ሐረገ፡ ወይን፡ κλῆμα Num.

13, 23; κληματίς Deut. 32, 32; አሕራግኪ፡ Jer. 31, 32; አሕራገ፡ወይን፡ Macc. f. 5.

ሐርጌ፡ subst., m., Plur. ሐራጊት፡ (nec non Plur. አሕሩግ፡ legi in Gad. T. H., sed dubito an sit forma bona) *mas ovium et caprarum, aries et hircus* vel *caper*. [De etymo nihil certi habeo: nescio an nomen a *cornibus inflexis* ductum et ad significandum eum caprum arietemve, cujus cornua jam inflecti coeperunt, adhibitum sit; de quo etymo comparare licuerit أعقص, fortasse etiam צָפִיר a صفر ፀፈረ፡] κριός et κριοί ሐርጌ፡እምውስተ፡አባግዕ፡ Lev. 5, 15 et absol. sine በግዕ፡ Jes. 1, 11. 34, 6. 7. 60, 7; Jer. 28, 40; Hez. 45, 23; 2 Par. 29, 32; Ps. 28, 1; ሐራጊት፡ሠናያን፡ Jer. 32, 20 (sed in eodem commate etiam አባሐዝ፡); χίμαρος et χίμαροι: ሐርጌ፡እምውስተ፡አጣሊ፡ Lev. 4, 23. 24. 9, 3. 16, 5; Deut. 14, 4; ሐራጊት፡ጠሊ፡ 2 Par. 29, 21, vel abs. sine ጠሊ፡ Ps. 49, 10; 2 Esr. 15, 18; ሐራጊት፡ሥቡሓን፡ Mich. 5, 7; τράγοι ሐራጊት፡ጠሊ፡ 2 Par. 17, 11. — *Voc. Ae.*: ሐርጌ፡ዘ፡ጌደር፡ (v. ገልገሉ፡); de qua voce vid. Vocabulariorum scholia ad እጉልት፡ et ad ናቃት፡።

ሐራጥቃ፡ vel ሐራ፡ጥቃ፡ αἱρετικοί *haeretici* F. M. 27, 7; F. N. 5.

ሐርገጽ፡ et ሐገጽ፡ subst., m., Pl. ሐርገጻት፡ vel ሐገጻት፡ *crocodilus*: ጽቍጽቋን፡ወሐገጽ፡ (v. ወሐርገጽ፡) Lev. 11, 29; አክይስት፡ወዐናብርት፡ወሐገጻት፡ Macc. f. 12; Lit. 176, 4; ወወረዱ፡ኀበ፡ፈለግ፡ወሀለዉ፡ውስቴቱ፡ሐርገጻት፡ወቆመ፡፩እምኔሆሙ፡ማእከሌሆሙ፡ Phlx. 99; *quum aquam e Nilo bibere vellet* መሠጠ፡ሐርገጽ፡ Abush. 50. — *Voc. Ae.*: ሐርገጽ፡ዘ፡ሐዘ፡ (v. አዘ፡). [De etymo hucusque nihil certi statuere licet. Quomodo in caeteris linguis semiticis *crocodilus* nominetur, vid. in Ges. thes. p. 1512.].

ሐረጸ፡ *incidere, insculpere* vid. sub ኀረጸ፡

ሐረፀ፡ vel ሐረጸ፡ (etiam per ኀ) I, 1 [id. q. גָּרַס (in עֲרִיסָה *farina crassior*), הִגְרִיס *comminuit*, ܓܪܝܣ גְּרִיס *comminutus*, جَرَش *comminuit in partes grossiores*] Subj. ይሐርፅ፡ 1) *conterere, comminuere* ሐረያ፡ወአድቀቆ፡ κατήλεσεν αὐτὸν λεπτὸν Ex. 32, 20; λεπτύνειν Dan. 2, 34. 45. 7, 7; 4 Reg. 23, 15; 2 Par. 23, 17; ተሐርፅ፡እምኔሁ፡ድቀቀ፡ Ex. 30, 36; hostes Ps. 17, 46; Ex. 23, 23 (ἐκτρίβειν); Sap. 11, 20 (συνεκτρίβειν); ንሣእ፡ዐጽቀ፡በለስ፡ወሕርፅ፡ τρῖψον Jes. 38, 21; ያደክም፡አድባረ፡ወየሐርፅ፡አውግረ፡ (ἀλοήσεις) Jes. 41, 15. 2) In specie *mola frangere* vel *comminuere, molere*: ክልኤቲ፡የሐርያ፡በ፩ማሕረፅ፡ (ἀλήθουσαι) Matth. 24, 41; Luc. 17, 35; Koh. 12, 3; Jud. 16, 21; Jes. 47, 2; Num. 11, 8; አንስት፡የሐርያ፡ τρίβουσι σταῖς Jer. 7, 18. — *Voc. Ae.*: ሐረፀ፡ደሐየ፡ዘ፡ፈጨ፡።

አሕረፀ፡ II, 1 *comminuere jubere* vel *molere facere alqm alqd*: አሕረፅዎ፡ለሶምሶን፡እክለ፡ከመ፡አመት፡ Jsp. p. 361.

ተሐርፀ፡ III, 1 pass. *comminui, conteri* Dan. 2, 35.

ሕሩፅ፡ part. *contritus, comminutus*: ልሕኵት፡ሕሩፅ፡ ὄστρακον λεπτὸν Herm. p. 85; M. F. (vid. ንቁጽ፡); በእንተ፡ዐጽምኪ፡በማሕረፅ፡ሕሩፅ፡ Sx. Tachs. 11 Enc.

ሐሪፅ፡ subst., plerumque m. 1) *comminutum, pulvis*, κονιορτός Deut. 9, 21. 2) *farina* ἄλευρον Jes. 47, 2; Hos. 8, 7; 1 Par. 12, 40; ነሥእት፡ሐሪፀ፡ወሎሰት፡ 1 Reg. 28, 24; 2 Reg. 17, 28; 3 Reg. 17, 12; Matth. 13, 33; ሐሪፀ፡ስገም፡ Num. 5, 15. 3) *massa farinacea* σταῖς Ex. 12, 34; 2 Reg. 13, 8; φύραμα Num. 15, 19. 20; Ex. 7, 28; 1 Cor. 5, 6. 7; እምሐሪፅ፡ልዉስ፡ ἀπὸ φυράσεως στέατος Hos. 7, 4. — Praeterea 1 Reg. 17, 18 legitur ፲ሐሪፀ፡ሐሊብ፡ *decem massae lactis coacti*, δέκα τροφαλίδες τοῦ γάλακτος, חֲרִיצֵי הֶחָלָב (de quo vid. Ges. thes. p. 526. 527, qui etiam كَرِيص *caseus mollis* huc refert. Praeterea ܚܪܝܨܐ *frustum massae, placenta* comparare juvat). — *Voc. Ae.*: ሐሪፅ፡ብ፡ዱቄት፡ (v. ዶቄት፡).

ሐራፂ፡ n. ag. *comminuens, molitor*, Lud. sine auct.

ማሕረፅ፡ subst., m. et fem. 1) *mola*: አመት፡እንተ፡ትነብር፡ዲበ፡ማሕረፅ፡ Ex. 11, 5; Kuf. 49; ንሥኢ፡ማሕረፀ፡ወሕርፂ፡ሐሪፀ፡ Jes. 47, 2; የሐርፅዎ፡በማሕረፅ፡ Num. 11, 8; ቤተ፡ማሕረፅ፡ Jer. 52, 11; (var.); ቃለ፡ማሕረፅ፡ Jsp. p. 367; በአሐዱ፡ማሕረፅ፡ Matth. 24, 41 rom.; በአሐቲ፡ማሕረፅ፡ Luc. 17, 35 rom. — De molis Abyssinorum consulere licet, quae Ludolfus in Comm. ad hist. Aeth. p. 565 disputavit. 2) molae pars inferior, *catillus* (pars superior est መድሐ፡ q. v.), ὁ μύλος, እብነ፡ዐቢይ፡ከመ፡ማሕረፅ፡ Apoc. 18, 21; Deut. 24, 6; ስባረ፡ማሕረፅ፡ Jud. 9, 53; ማሕረፀ፡ጸሩ፡ Thren. 5, 13 var.; μύλος ὀνικός ማሕረፀ፡አድግ፡ Matth. 18, 6; Marc. 9, 42 („intelligunt Aethiopes catillum molae trusatilis seu jumentariae, quales in Aegypto dantur", Lud. in lex. col. 277). — *Voc. Ae.*: ማሕረፅ፡ዘ፡ወፍጭ፡ (pro መፍጭ፡).

ሐረፈ፡ *decerpere* vid. sub ኀረፈ፡

ሐረፈ፡ rad. inus.; convenire videtur cum עָרַף et רָעַף *stillavit*, رَعَفَ *profluxit* (sanguis e naribus). Hinc

ሐረፋ፡ subst. *pituita, saliva* (amh. ሐረፋ፡ *spuma*; አረፋት፡ id.): ቦኑ፡ጣዕም፡ለሐረፋ፡ሐምል፡ዘይሰመይ፡ኽጥሚ፡ Job 6, 6 (vers. nov., e Syr. et Arab.) *pituita althaeae*.

ሐሰ፡ et frequentius ሐሰ፡ [de quo vid. gramm. § 163, 3 et 199, d; idem quod arab. حَاشَ لِلّٰهِ, حَاشَاكَ, حَاشَاكَ, aram. ܚܘܣ; significatione convenit hebr. חָלִילָה לִי], formula deprecandi et aversandi: *absit!* Usurpatur absolute ut ሐሰ፡ μὴ γένοιτο Rom. 3, 4. 31. 9, 14. 11, 1; Gal. 2, 17; crebrius seq. ለ pers., ut: ሐሰ፡ሊተ፡ *absit a me!* 1 Reg. 2, 30. 20, 9; Act. 10, 14; Gen. 44, 7; Matth. 16, 22; 4 Esr. 8, 53. Res vel actio, quam aliquis deprecatur vel aversatur, subjungitur praepositione እምነ፡ ut: ሐሰ፡ሊተ፡እምነ፡ገቢሮቱ፡ 2 Reg. 23, 17; ሐሰ፡ሎቱ፡ለእግዚእየ፡እምነ፡ዝንቱ፡ርኩስ፡ 1 Reg. 25, 31; vel conjunctione እስከ፡ seq. Indic.: ሐሰ፡ለነ፡እስከ፡ነኀድግ፡ Jos. 22, 29; Gen. 44, 17; Gal. 6, 14 rom.; vel ከመ፡ seq. Indic., ut ሐሰ፡ሊተ፡ከመ፡ኢይገብር፡ዘንተ፡ 1 Par. 11, 19; nec non Imperfecto vel Subjunctivo nudo, ut: ሐሰ፡ኢትመውት፡ μηδαμῶς σοι. οὐ μὴ ἀποθάνῃς 1 Reg. 20, 2; Kuf. 43; ሐሰ፡ለከ፡ኢታጥፍአነ፡ Jon. 1, 14; Judith 8, 14; Gen. 18, 25; Matth. 16, 22.

ሐሰለ፡ I, 1 [sine dubio id. q. hebr. חָסַם, aram. חֲסַם *capistrare*, מַחְסוֹם *capistrum*; arab. حَزَمَ *colligavit sarcinas; cingulo cinxit jumentum*; حِزَام *cingulum jumenti; teniae cunarum*; حُزْمَة *fascis* (lignorum, frugum); syr. ܚܰܙܺܝܡ *accinctus*] *capistro coërcere* vel *ducere*: የሐስሎሙ፡ (var. ያሐስሎሙ፡ II, 1; var. ይነድአሙ፡) ሕፃን፡ παιδίον ἄξει αὐτούς Jes. 11, 6. — *Voc. Ae.*: የሐስል፡ ዘ፡ ይስሕብ፡, v. ይለብብ፡

አሕሰለ፡ II, 1 vid. sub I, 1.

ሐሳል፡ et **ሐሳል፡** subst. *capistrum, vinculum*: እለ፡ በሐሳል፡ ወበልጓም፡ ይመይጥዎሙ፡ መላትሒሆሙ፡ (v. በሐሳል፡) ἐν χαλινῷ καὶ κημῷ Ps. 31, 12: በሐሳለ፡ (v. በሐሳለ፡) ኀጢአቱ፡ ኵሉ፡ ይትአሰር፡ σειραῖς Prov. 5, 22. — *Voc. Ae.*: ሐሳል፡ ዘ፡ ልባብ፡

ሐስል፡ subst. (sarcina, fascis) *saccus frumentarius*, μάρσιππος Gen. 42, 27. 28. 44, 2. 12; σάκκος Lev. 11, 32; Kuf. 43; Pl. አሕስል፡ Gen. 42, 25. 35. 43, 11. 22. 44, 1; Kuf. 42, et አሕሳል፡ vid. Gen. 42, 25 ann.; ሰረቅት፡ እለ፡ ይፈትሑ፡ አሕሳለ፡ F. N. 49. — *Voc. Ae.*: ሐስል፡ ዘ፡ ጻውላ ። (Significationem *corbis* huic voci attribuit Gregorius Lud. lex. col. 37.).

ሐሰበ፡ I, 1 [id. q. חָשַׁב *putavit, imputavit, cogitavit*, ܚܫܰܒ *numeravit, putavit, reputavit*, حَسَبَ *computavit, opinatus est, aestimavit*; amh. አሰበ፡; vic. est aeth. ሐዘበ፡ q. vid.] 1) *supputare, computare, ad calculos vocare*: ወኢሐሰበ፡ ዳዊት፡ ወኢኈለቈ፡ ኊልቆሙ፡ 1 Par. 27, 23; አኀዘ፡ ይኈልቍ፡ ወይሕሰብ፡ (modo lectio sana sit) 27, 24; ሐሲበከ፡ሐሳበ፡ (v. ሐስበ፡) *computo a te facto* 4 Esr. 9, 1; Lev. 25, 50. 52; የሐስብ፡ ሎቱ፡ ካህን፡ ወርቀ፡ Lev. 27, 18. 23; የሐስብ፡ ፃእኦ፡ ψηφίζει τὴν δαπάνην Luc. 14, 28; ሐሲበከ፡ ፃእኦ፡ Herm. p. 54; በከመ፡ ሐሰበ፡ ወአስተቀሰመ፡ ለአማስኖቶሙ፡ καθὼς ἔθετο ψήφισμα καὶ κλῆρον ἀφανίσαι αὐτούς Esth. 9, 24; ኢየሐስብዎሙ፡ በሐሳበ፡ ዓለም፡ Hen. 82, 5; crebro in Abush. de computatione et ratiocinatione arithmetica. 2) *imputare, annumerare* alicui alqd.: እለ፡ ኢሐሰበ፡ ሎሙ፡ ኀጢአቶሙ፡ Ps. 31, 1. 3) *putare, aestimare, respicere, rationem habere alcjs*: ዘሠናይ፡ አሐስብ፡ Rom. 7, 13; ምንት፡ ይእቲ፡ ትዕቢት፡ ይቤ፡ ለእመ፡ የሐስብ፡ ሰብእ፡ ነፍሶ፡ ንጹሐ፡ Phlx. 35; እለ፡ ኢየሐስበሙ፡ ወኢከመ፡ ከለባተ፡ መራዕይየ፡ ἡγησάμην Job 30, 1; ኢሐሰብዎ፡ οὐκ ἐλογίσθη Jes. 53, 3; ኢየሐስብዎ፡ 1 Esr. 3, 20; Ps. 143, 4; እለ፡ ኢነሐስበሙ፡ ወኢከመ፡ ምንትኒ፡ Gal. 2, 5; ኢየሐስባ፡ ለነፍስየ፡ οὐ λόγον ποιοῦμαι τῆς ψυχῆς μου Act. 20, 24; ኢተሐስብ፡ መኑሂ፡ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός Matth. 22, 16.

ተሐሰበ፡ III, 1 pass. 1) *computari, supputari*: እለ፡ ተሐሰቡ፡ ወተኈለቁ፡ ምስለ፡ እለ፡ ኈለቈ፡ ዳዊት፡ 2 Par. 2, 17; እለ፡ ኢይትሐሰቡ፡ በሐሳበ፡ ዓመት፡ Hen. 75, 1. 2) *imputari, annumerari*: ይትሐሰብ፡ ሎቱ፡ ጥበበ፡ Prov. 17, 28 (var.); ዘከመዝ፡ እምኢተሐሰበ፡ ምስለ፡ ኃጥአን፡ *homo talis inter peccatores non annumeratus esset* Cyr. c. Pall. f. 68; ዘኢተወከፈ፡ ንስሓ፡ ኃጥእ፡ ኀጢአተ፡ ዚአሁ፡ (ለዘስሕተ፡) ይትሐሰብ፡ ላዕሌሁ፡ Clem. f. 233. 236; c. ኀበ፡ pers. M. M. f. 114.

ተሓሰበ፡ III, 3 (sec. gramm. § 48, 4 creberrime ተሐሰበ፡ scriptum reperitur) 1) *rationes inter sese conferre, computare inter se* a) *rationem* rei *reposcere* ab aliquo, c. Acc. prs.: ሎሙ፡ ይትሐሰበሙ፡ (Pltt: ከመ፡ ዘይትሐሰብዎሙ፡ በእንቲአከሙ፡) *eos ad rationem revocabit* Hebr. 13, 17; 4 Reg. 12, 15. 22, 7; እንዘ፡ ይትሐሰብ፡ (συναίρειν) Matth. 18, 24; ተሐሰበሙ፡ (Pltt: ተሐሰበ፡) ምስሌሆሙ፡ 25, 19; Herm. p. 25; ወዘሰ፡ እንዘቦ፡ ይነሥእ፡ ምጽዋተ፡ ሎቱ፡ ይትሐሰቦ፡ እግዚ"፡ *qui, quamquam (opes) habet, eleemosynas accipit, ab eo Deus rationem reposcet* Did. 19. b) *rationem reddere* rei alicui: ይትሐሰበከኑ፡ (λόγον σου ποιούμενος) Job 22, 4. c) *rationem inire et subducere*: ሶበ፡ ትትሐሰብ፡ ምስለ፡ ሱታፌከ፡ በእንተ፡ ተግባርከ፡ Sir. 42, 3; c. Acc. rei: ንትሐሰብ፡ ምግበከ፡ Luc. 16, 2. 2) *reputare secum animo* Org. (Lud.).

ሕሱብ፡ et **ሑሱብ፡** part., *supputatus, computatus*: መስተቃትላን፡ እለ፡ ሕሱባን፡ (v. ሑሱባን፡) ውስተ፡ ሰርዌ፡ 1 Par. 28, 1.

ሐሳብ፡ subst., m., Pl. **ሐሳባት፡** 1) *supputatio, computus, aestimatio*: *erravisti in computatione*, አግብእ፡ ሐሳበከ፡ *repetas computationem*, Abush. 11; ሰብአ፡ ሐሳባት፡ *arithmeticae et chronologiae periti*, Abush. 1. 46; አልቦሙ፡ ኊልቍ፡ ወሐሳብ፡ *innumeri et infiniti* Hen. 40, 1. 63, 3; ዘአልቦ፡ ኊልቈ፡ ወመስፈርተ፡ ወአልቦሙ፡ ሐሳበ፡ እምብዝኆ፡ 2 Par. 5, 6; *mandavit* ከመ፡ ይሚጥዎ፡ (ለሥርናይ፡) ሎሙ፡ በሐሳበ፡ ሤጥ፡ ዘከመ፡ አመ፡ መዋዕለ፡ ጽጋብ፡ Jsp. 329; ψῆφος Koh. 7, 25; ሐሳበ፡ ሤጡ፡ Act. 19, 19; etiam: በሐሳብ፡ ዘእምኀበ፡ እግዚ"፡ ψήφῳ τῇ παρὰ Θεοῦ (*Dei arbitrio*) Cyr. ad Th. f. 7. — Creberrime usurpatur de *computo temporum*, ut ሐሳበ፡ ዓመት፡, ሐሳበ፡ ዓለም፡ Hen. 75, 1. 82, 5; በእንተ፡ ሐሳበ፡ ዓለም፡ *de chronologia mundi* Abush.; ሐሳበ፡ ዘመን፡ *calendarium* Abbadie Cat. p. 45; de computo festorum, potissimum cycli paschalis, ut Did. 30; Demetrius Alex. Patr. XII ሠርዐ፡ ሐሳበ፡ አበቅቴ፡ ወሐሳበ፡ ጾም፡ ቅዱስ፡ Sx. Teq. 12; de computo mensium et dierum, ut: አመ፡ ፳ወ፰ ለታስዕ፡ ወርኅ፡ በኊልቈ፡ ሐሳበ፡ ዕብራውያን፡ ወበሐሳበ፡ ግብጻውያን፡ አመ፡ ፳ወ፱ ለወርኅ፡ ታኅሣሥ፡ Did. 29; de aeris variis, ut: ሐሳበ፡ ሐዋርያት፡, ቢዘን፡, ሮም፡, ሰማዕታት፡, ዮዲት፡, ጻድቃን፡, ሊቃውንት፡ Cat. Cod. Aeth. Mus. Brit. p. 10. 11; nec non de supputationibus astrologorum et divinationibus, ut: ሐሳበ፡ ልደት፡ *genethliologiae ratio* Stat. Ap. 16; ዘየሐስብ፡ ሐሳበ፡ ልደት፡ Can. Ancyr. 22; እመ፡ ከነ፡ ተአማኔ፡ በሐሳበ፡ ከከብ፡ *si astrologiae credit* F. N. 5; ዘየሐስብ፡ ሐሳባተ፡ ወልድ፡ ምስለ፡ እም፡ (inter alios magos et divinatores recensetur) F. M. 15; ሐሳበ፡ ፀሓይ፡ ወወርኅ፡ ወከዋክብት፡ Org. 2) *quantitas, mensura, pretium*: ዘብዙኅ፡ ሐሳቡ፡ πολυτελές 1 Petr. 3, 4; በውስተ፡ ኊልቈ፡ ሐሳብ፡ ἐν μέτροις Lev. 19, 35; ὁλκή Num. 7, 13 seq. 3) *ratio*, quam aliquis reddit vel reposcit: ያገብኡ፡ ሐሳበ፡ ለ(እግዚ"፡) ἀποδώσουσι λόγον τῷ 1 Petr. 4, 5; ታወፍዩ፡ ሐሳበከሙ፡ 2 Petr. 1, 10; ፈቀደ፡ ይግበር፡ ሐሳበ፡ ምስለ፡ አግብርቲሁ፡ Matth. 18, 23. 4) *ratio, proportio* (quare በሐሳበ፡ idem fere, quod በአምጣነ፡, በከመ፡): ይትኔበይ፡ በሐሳበ፡ ሃይማኖቱ፡ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως Rom. 12, 6; በሐሳበ፡ መልበስቱ፡ κατὰ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἐπωμίδος Ex. 28, 15; በሐሳበ፡ ምሥዋዕከ፡ κατὰ τὴν θυσίαν Ex. 29, 41; በሐሳበ፡ ሤጡ፡ κατὰ τὴν τιμὴν αὐτοῦ Lev. 27, 17. 25, 27; በከመ፡ ሥርዐተ፡ ሐሳበ፡ መዋዕሊሁ፡ 2 Esr. 3, 4; 4 Esr. 9, 17; *medicus* ለለ፩ ዘሐመ፡ በሐሳበ፡ ሕማሙ፡ (*pro ratione morbi*) ይሁብ፡ ፈውሰ፡ hom. Severiani in Cyr. f. 122; አከ፡ በአምጣነ፡ ኄጋይነ፡ ዘከነነ፡ ሐ

ሰበ፡ጸጋሁ፡ለእግዚ"፡ Rom. 5, 15; በሐሳበ፡ seq. Subst. *ratione habita* rei Cyr. ad Theod. f. 19. 5) *existimatio, dignitas,* Lud. e Cant. Sam. 6) λογεῖον *rationale* voce ሐሳብ፡ versum legitur Ex. 28, 15. 22.

ሐሳቢ፡ n. ag. *is, qui supputat:* ሐሳብያን፡ *chronologiae periti* Abush. 2; ሐሳቢ፡ *genethliacus* Sx. Ter 6; ሐሳብያነ፡ከዋክብት፡ *astronomi et astrologi* Abush. 3.

መሐስብ፡ part. *astronomus* et *chronologus* M. M. f. 127 (መሐስባን፡ Pl.).

ሐሴን፡ subst., videtur esse nomen animalis, fortasse *papilionis* (collatis vocibus حَسِينٌ *pulcher*, حسّون *avis versicolor e passerum genere*): ወይጠፍኡ፡ፍጡነ፡ከመ፡ሐሴን፡ዘ ወፅአ፡እምግቡ፡ወኢይትረከብ፡አሰሩ፡ወኢይገብእ፡ውስተ፡ቤቱ፡ Macc. f. 10.

ሐሰክ፡ subst. „*vermis* in Aethiopia aestatis tempore, dum pluit, nascens et frumentum arrodens" (Lud., sine auct.) [حَشَكَ *multum pluit* coelum].

ሐሰወ፡ I, 1 1) *velare, obvolvere* [vic. כִּסָּה ܟܣܳܐ كَسَا] ወሐሰወቶ፡ኵሎ፡ንዋያ፡ καὶ περιεδίπλωσε πάντα τὰ ἀγγεῖα αὐτῆς Judith 10, 5 (var. ወሐሰቶ፡); ፀሐይ፡ብርሃኖ፡ሐሰወ፡ *sol lucem suam celavit* Sx. Tachs. 14 Enc. 2) *mentiri* [apud alias gentes hoc verbum sonat כִּזֵּב, כְּדַב, ܟܰܕܶܒ, كَذَبَ; sed Arabes in uberrima sua lingua etiam خَاسَ (خَوْسٌ) *promisso contrarie egit, decepit* per fraudem; خَاسَ (خَيْسٌ) *perfidia usus est, violavit pactum* habent]. Stirpem I, 1 semel tantum reperi: እንዘ፡የሐስዉ፡በእንቲአየ፡ Matth. 5, 11 Platt et Polygl.; sed rom. ይሑስዉ፡ errore typographi pro ይሔስዉ፡ habet.

ሐሰወ፡ I, 2 1) *mentiri, mendaciis fallere, fidem fallere;* absol. ሐሰውኩ፡ቅድመ፡እግዚ"፡ Job 31, 28; ይኄይስ፡ሰራቂ፡እምሐስዎ፡ Sir. 20, 25; ኢይሔሱ፡ቃሉ፡ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐ μὴ ἀθετηθῇ Jes. 31, 2; ሐሰዉ፡ነቢያት፡ Jer. 14, 14; አማን፡እብል፡ወኢይሔሱ፡ Rom. 9, 1; ኢተሐስዉ፡ Lev. 19, 11; ዘይምሕል፡ለቢጹ፡ወኢይሔሱ፡ Ps. 14, 6; c. Acc. rei: ኢተሐሱ፡ስምዐ፡ Deut. 5, 17; Dan. ap. 1, 61; ሐሰውኩ፡ኵሎ፡ዘተናገርኩ፡ Asc. Jes. 5, 4; Ps. 88, 34; ሐሰዉ፡አስተዋድዮታ፡ Dan. ap. 1, 49; ሐሰወ፡ኪዳኖ፡ *promissis non stetit,* Jsp. p. 312; c. Acc. prs. *mentiri alicui:* ኢይሔስወክሙ፡ Job 6, 28; ሐሰውክኒ፡ Jes. 57, 11; ሐሰናከ፡ 59, 13; Jer. 5, 12; Ps. 65, 2. 88, 35 (et Ps. 17, 49 blandiri alicui); Jac. 3, 14; 3 Reg. 13, 18; ሐሰዎ፡ለከልኡ፡በእንተ፡ዘአማኀፀኖ፡ Lev. 5, 21; ይሔስዎሙ፡ሕልሞሙ፡ μάταιον τὸ ἐνύπνιον Jes. 29, 8; c. ላዕለ፡ prs.: ሐሰወ፡ላዕሌነ፡ Dan. ap. 13, 12, et c. በ prs. Jer. 5, 12 var., et rei: ይሔስዉ፡በዛቲ፡ሥርዐት፡ *fidem foederis fallunt* Kuf. 15. 2) *infitiari, abnegare* c. Acc.: ኢሐሰውኩ፡ቃለ፡አምላክ፡ Job 6, 10. 8, 18. 27, 11; ሐሰውዎ፡(ለእግዚ"፡) Rom. 1, 21; c. dupl. Acc. ሐሰወኒ፡ፍትሕየ፡ ἐψεύσατο τῷ κρίματί μου Job 34, 6; seq. ከመ፡, ut: ሐሰወት፡ከመ፡ሠሐቀት፡ Kuf. 16.

አሕሰወ II, 1 et crebrius **አሐሰወ፡** II, 2 1) *ad mentiendum inducere:* አሕሰወ፡ስምዐ፡ *ad falsum testimonium dicendum impulit* Org. 2. 2) *mendacii arguere,* c. Acc. prs. vel rei: ኢታሐስውዎ፡ለነገረ፡ቅዱስ፡ Hen. 104, 9; መነ፡እምእሉ፡ታጸድቅ፡ወመነ፡ታሔሱ፡ 4 Esr. 2, 27; እፎ፡አወልድዮ፡ታሔሱ፡ነገርየ፡ *mendacium esse dicis verbum meum?* Jsp. p. 301; አርመሙ፡ወኢአሐሰውዎ፡እስመ፡እሙነ፡ኮነ፡ነገሩ፡ Jsp. p. 300, sed ib. paulo post ወኢአሕሰውዎ፡; ኢታሕስዉ፡ቃልየ፡ ib. p. 363. Usurpatur etiam de eo, qui suum ipsius verbum (promissum) mendacii arguit i. e. violat: ያሔሱ፡ቃሉ፡ *fidem fallit* Jsp. p. 382.

ተሐሰወ፡ III, 2 pass. *mendacii convinci, falsum reperiri:* ኢተሐሰወ፡ቃለ፡እግዚ"፡ (ἐκπέπτωκεν) Rom. 9, 6; ተስፋከ፡ዘኢይትሔሰው፡ Genz. f. 27; ወለእመ፡ኮነ፡ነገሩ፡ከመዝ፡ወኢይትሔሰው፡ Jsp. p. 363.

አስተሐሰወ፡ IV, 1 *mendacii arguere* vel aliquid *mendacium esse dicere:* ዮጊ፡ቃልኒ፡ከመ፡ሥጋ፡ኮነ፡ያስተሐስውዎ፡ ἢ τάχα που καὶ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν λόγον οὐκ ἀληθὲς ὂν ἐκφαίνεται; Cyr. c. Pall. f. 79.

ሕስው፡ part. *mendax* (mentitus), *fallax, falsus:* ሕስወ፡ተናገርከ፡ Jer. 50, 2; ይትኔበዩ፡ሕስወ፡ Sap. 14, 28; ሀብት፡ሕስው፡ δόσις ψευδής Prov. 25, 14; ሕስው፡አሥምሮ፡ ψευδεῖς ἀρέσκειαι Prov. 29, 48; እምነት፡ሕስው፡ ψευδοδοξία Cyr. ad Th. f. 15; ሕስወ፡ (sic legas pro ሕሰወ፡) ረሲ፡እምነቶሙ፡ Jsp. p. 278; fem. ሕስውት፡ Chr. ho. 7; ምትሀት፡ሕስው፡ *spectrum mendax* Sx. Masc. 15.

ሐሰት፡ subst. (de forma vid. gramm. § 106) m. et fem. (ut Job 16, 8; Sir. 7, 12) *mendacium* [amh. ሐሰት፡ et አሰት፡]፡ Jes. 28, 15. 17; ኢትሕርስ፡ሐሰተ፡ላዕለ፡ቢጽከ፡ Sir. 7, 11. 12. 31, 1. 4; ሐሰት፡ውእቱ፡አውግሪን፡ Jer. 3, 23; ኵሎሙ፡ገብሩ፡ሐሰተ፡ 6, 13; ተወከልኪ፡በሐሰት፡ 13, 25; ሐሰተ፡ትብል፡ላዕለ፡ 47, 16; ሐሰት፡ኢይወጽእ፡እምነ፡አፉሁ፡ Judith 5, 5; *omnia Christianae doctrinae dogmata credo* ወበሕቱ፡ትንሣኤ፡ሙታን፡ሐሰተ፡ይመስለኒ፡ Gad. T. H.; መንፈሰ፡ሐሰት፡ 2 Par. 18, 21. 22; ስምዐ፡ሐሰት፡ Sir. 26, 5; ሰማዕተ፡ሐሰት፡ Matth. 26, 60; ነገረ፡ሐሰት፡ Sir. 36, 24; Jer. 7, 4; ውሉደ፡ሐሰት፡ Jes. 30, 9; ሀገረ፡ሐሰት፡ Jer. 6, 6; ነቢያተ፡ሐሰት፡ Asc. Jes. 2, 15; ከናፍረ፡ሐሰት፡ Prov. 8, 7; እብነ፡ሐሰት፡ *lapillus adulterinus* Org.; በሐሰት፡ ἐπὶ ματαίῳ Ex. 20, 7; በከ፡ወሐሰተ፡ገብሩ፡አበዊነ፡ጣዖቶሙ፡ Jer. 16, 19. De ሐሰት፡ *mendacio* tractatur F. M. 23. *Dolus, fraus* Jes. 53, 9; 1 Petr. 2, 22.

ሕሳዌ፡ subst., *mendacia, infitiatio,* F. N. 5; በኢሕሳዌ፡ *evidenter* Chr. Ta. 4.

ሐሳዊ፡ n. ag. (adj. et subst.), Pl. ሐሳውያን፡ *mendax:* ሐሳዊ፡ውእቱ፡ዘይሔሱ፡ዘልፈ፡ F. M. 23; ሐሰት፡ለበቀኒዔት፡ሐሳዊሁ፡ ib.; ሰራቂ፡ይኄይስ፡እምሐሳዊ፡ ib.; ልሳን፡ሐሳዊት፡ Prov. 26, 28; ብእሲ፡ሐሳዊ፡ Sir. 20, 24; ሐሳዊ፡ሰብእ፡ 20, 26; ሐሳውያን፡ ἄνδρες ψεῦσται Sir. 15, 8; Job 24, 25; Ps. 115, 2; 4 Esr. 11, 46; Rom. 3, 4; Tit. 1, 12; 1 Joh. 1, 10. 2, 9; ሐሳዊ፡ነቢይ፡ ψευδοπροφήτης Jer. 6, 13; Clem. f. 93 et ሐሳዌ፡ነቢይ፡ Jer. 35, 2; Asc. Jes. 2, 12; Apoc. 19, 20, Pl. ሐሳውያን፡ነቢያት፡ Matth. 24, 11 rom. et ሐሳውያነ፡ነቢያት፡ Matth. 7, 15; Jer. 33, 7. 34, 7; 1 Joh. 4, 1; item ሐሳዌ፡መሲሕ፡, ሐሳውያነ፡መሲሕ፡ ψευδόχριστος, ἀντίχριστος, ἀντίχριστοι 1 Joh. 2, 18; 2 Joh. 7; Matth. 24, 24; Clem. f. 154; Kid. f. 6.

ሐሰዐ፡ *sedari* vid. sub ኀሠዐ፡

ሐሰዐ፡ (et ሐሰአ፡) rad. inus., sine dubio eadem, quae arab. جَزَعَ *secuit, resecuit;* جَذَعَ *amputavit; malum alimentum dedit* mater infanti; جَذَعَ *continuit sine pabulo* jumentum; *amputavit.* Hinc

ማሕስዕ፡ et **መሐስዕ፡**, subst., m. et fem. (ut Tob. 2, 13; ዘቲ፡ማሕስዕ፡), Plur. መሓስዕ፡ (sed sec. gramm. § 48, 4 plerumque መሐስዕ፡), Pl. Plur. መሓስዕት፡ (Hen. 90, 6) *pullus caprini et ovilli pecoris, agnus (agna), capellus (capella), hoedus* [Convenit גְּדִי, ܓܕܝܐ, גַּדְיָא, جَدْيٌ *hoedus*, de quibus consulas Ges. in thes. p. 265; praeterea جَذَعٌ *juvencus de brutis et hominibus,* جَذَعَةٌ *hoedus anniculus.* Haec nomina traxisse videtur non a *carpendo et avellendo* pabulum, sed quia vel *a matre* vel *a matris alimento avulsus* (*ablactatus*) est]. Crebro species adjicitur, ut: ማሕስዐ፡በግዕ፡ Gen. 31, 38; መሐስዐ፡አባግዕ፡ Ps. 113, 4; Sir. 47, 3; Jer. 27, 45; ማሕስዐ፡ጠሊ፡ 1 Reg. 16, 20; Gen. 38, 17; Kuf. 6. 7; መሓስዐ፡አጣሊ፡ Sir. 47, 3; Cant. 1, 8. In loco Ex. 12, 5, ubi Graecus habet ἀπὸ τῶν ἀρνῶν καὶ τῶν ἐρίφων λήψεσθε, Aethiops simpliciter posuit: ትነሥኡ፡ማሕስዐ፡. Aliis in locis modo ἔριφος, ἐρίφιον Jer. 28, 40; Tob. 2, 12. 13; Am. 6, 4; Gen. 27, 9; Lev. 1, 10 (opp. አባግዕ፡), modo ἀμνός, ἄρνες Lev. 3, 7. 9, 3. 14, 21 hac voce ማሕስዕ፡ redduntur. De aetate pulli variis e locis apparet, non tantum anniculum (ማሕስዐ፡ዓመት፡ Hez. 46, 13) sed etiam lactentem (በመሥዋዕተ፡መሐስዐ፡በግዕ፡ ἐν προσφορᾷ ἀρνὸς γαλαθηνοῦ Sir. 46, 16; መሐስዐ፡በግዕ፡፩ ἄρνα γαλαθηνόν 1 Reg. 7, 9) hoc nomine appellari. — *Voc. Ae.:* መሐስዕ፡ዘ፡የበግዕ፡ገልገል፡; *aliud:* መሐስዕ፡ዘ፡ወጠጤ፡

ሐሰየ፡ *gaudere* vid. sub ሐሠየ፡

ሐሰየ፡ I, 1 (nonnumquam አሰየ፡ scriptum) [amharice sonat አሸ፡; in caeteris linguis haec eadem radix non occurrit, sed vicina sunt aram. כַּסְכֵּס *fricuit*, arab. قَشَّ *fricuit rem manu ut contereretur,* قَشَا *defricuit, abstersit, decorticavit*] Subj. ይሕሲ፡ *fricare, confricare, terere, conterere:* ሐሰየ፡አዕይንቲሁ፡ Tob. 11, 11; ሰበ፡ተዝኅለ፡የሐሲ፡ (sc. አዕይንቲሁ፡) 11, 7; እከ፡በመንኰራኵረ፡ሰረገላ፡ዘየሐስይዎ፡ Jes. 28, 27; ወሐሰዩ፡በእደዊሆሙ፡ወበልዑ፡ (ψώχοντες) Luc. 6, 1; *salivam deglutiat* ወለእመ፡አበየቶ፡ነፍሱ፡ለይሕስዮ፡በግማደ፡ልብሱ፡ Phlx. 10; እለ፡ይቀጠቅጡ፡ወየሐስዩ፡ነፍሰ፡ወሬዛ፡ Jes. 13, 18; ወቦኡ፡ወሐሰዩ፡እልክቱ፡፫ጸኖዐት፡ማእከለ፡ትዕይንቶሙ፡ለኢሎፍሊ፡ διέρρηξαν τὴν παρεμβολὴν 1 Par. 11, 18.

ተሐስየ፡ III, 1 *confricari, conteri,* Lud. sine auct.

ሕሱይ፡ part. *confrictus, fricando confectus, de corio:* ማዕሰ፡በግዕ፡ሕሡይ፡ ἠρυθροδανωμένα Ex. 25, 5. 26, 14; item in hebr. Ex. 36, 19 in C; Kebr. Nag. Nr. 17.

ሕሱፍ፡ *scabiosus* vid. sub ኀሠፍ፡

ሕቅ፡ *modicum* vid. sub ሐቀቀ፡

ሕቍ፡ et **ሕቁ፡** (Cant. 1, 16. 17) subst. [sine dubio pro ሕቅው፡ vel ሕውቅ፡; nescio an vicinum sit حَبَقٌ *plantas odoriferas* varias significans] saepius in Bibliis legitur; respondet 1) ἄρκευθος *juniperus:* ዕፀወ፡አርዝ፡ወሕቍ፡ ξύλα κέδρινα καὶ ἀρκεύθινα 2 Par. 2, 8 var. 2) πεύκη *pinus:* ዕፀወ፡ሕቍ፡ πεύκινα 2 Par. 9, 10. 11. 3) κυπάρισσος *cupressus* Cant. 1, 16. 17. 4) θυΐα *thya:* ዕፀ፡ሕቍ፡ ξύλον θύϊνον Apoc. 18, 12. — *Voc. Ae.:* ሕቍ፡ዘ፡ዘጺ፡ (*ebenum*); *aliud:* ሕቍ፡ዘ፡ሰኖበር፡ (صَنَوْبَرٌ) ወዓዲ፡ዘጺ፡።

ሐቌ፡ *lumbus* vid. sub ሐቀወ፡

ሐቅል፡ subst. [חֲקַל, חַקְלָא, ܚܩܠܐ *ager,* حَقْلٌ *terra arboribus ac domibus nuda, bona, consita,* حَقْلَةٌ *arvum bonum;* hebr. חֵלֶק, de quo vid. Ges. thes. p. 484] plerumque m.; Plur. አሕቁል፡ et አሕቃል፡ et አሕቅልት፡, Pl. Plur. አሕቃላት፡ et አሕቁላት፡ 1) *ager, campus* („in genere, includens silvas, montes caet., oppositus domibus seu oppidis" Lud.) ἀγρός 2 Reg. 9, 7. 19, 28; አሕቁል፡ ἀγροί Ex. 8, 9 et አሕቅልት፡ Jos. 21, 12; በሐቅል፡ ἐν ἀγρῷ Jer. 48, 8; ኢትግኡ፡ሐቅለ፡ 6, 25; ሐቅለ፡ሞአብ፡ Ruth 1, 1. 2. 2, 6; መጽአ፡ዔሳው፡እምሐቅል፡ርኁበ፡ Kuf. 24. 26; πεδίον Gen. 4, 8; Jes. 63, 14; Ps. 77, 15; Hez. 26, 8; (opp. montes) Judith 15, 2; እለ፡ይነብሩ፡ሐቅለ፡ οἱ ἐν τῇ πεδεινῇ (opp. ደብር፡) Jes. 32, 19; እምአሕቃላት፡ወእምአድባር፡ Jer. 17, 26; አሕቃላት፡ πεδίον Ob. 19; Judith 1, 6; አሕቃላተ፡በድው፡ τὰ πεδία τῆς ἐρήμου Joel 2, 22; አሕቅልት፡ πεδία Jos. 11, 17; πεδινή 10, 40; አሕቁል፡ Asc. Jes. 6, 3. Praeterea አሕቃላት፡ περίχωρος Gen. 13, 10; προμαχῶνες Jer. 5, 10; አብያት፡እለ፡ይከውኑ፡ለንጉሥ፡በብሔረ፡ሐቅል፡ ἐν τοῖς ἐποικίοις 1 Par. 27, 25. Statui constructo subjunctum nomen ሐቅል፡ adj. *agrestis* denotare solet, ut ሐራውያ፡ሐቅል፡, አርዌ፡ሐቅል፡, ንዋየ፡ሐቅል፡ q. vid., ብእሲ፡ሐቅል፡ ἄγροικος ἀνήρ Gen. 16, 12. 25, 27. — Deinde campus planus est: 2) *loca vasta et deserta, eremus* (sicut ገዳም፡): እለ፡ይነብሩ፡ሐቅለ፡ οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ Jer. 9, 26. 32, 10; ἡ ἔρημος, αἱ ἔρημοι Hez. 23, 42; Jes. 5, 17; Sir. 8, 16; ሐቅለ፡ዮርዳኖስ፡ Jes. 35, 2; ሐቅለ፡ቃዴስ፡ Ps. 28, 7; ሐቅለ፡ዚፉ፡ 1 Reg. 26, 2; ሐቅለ፡ሲና፡ Num. 3, 4. 14; ሐቅል፡ውእቱ፡ዝብሔር፡ ἔρημος Marc. 6, 35; ከነ፡ሐቅለ፡ ἔσονται ἔρημοι Jes. 17, 9; ረሰያ፡ለዙሉ፡ዓለም፡ሐቅለ፡ θεὶς ἔρημον Jes. 14, 17; አሕጉረ፡ሐቅል፡ πόλεις ἔρημοι Job 15, 28; በሐቅል፡ ἐν ὁδῷ ἀπροσκόπῳ Sir. 35, 21; ይበቍል፡አሕቁሊሃ፡ τὰ ἔρημα αὐτῆς ἀνατελεῖ Jes. 44, 26. 51, 3; ማያት፡አሕቃላት፡ ὕδατα ἐρήμου Jer. 2, 24; አሕቃል፡ ἔρημος Gen. 12, 20; *Joannes Baptista* ከከበ፡አሕቁላት፡ወገዳማት፡ Genz. f. 157.

ሐቃል፡ adj. et subst.: *qui agros colit, agrestis* a) ἐγχώριος *incola* (opp. ግዩር፡) Ex. 12, 49. b) *agricola, rusticus, paganus; incultus, barbarus* Col. 3, 11 (ሐቃል፡ወሀገሬት፡), Rom. 1, 14; Act. 28, 2 seq., in quibus locis Graecus habet βάρβαρος vel βάρβαροι.

ሐቃሊ፡ id. q. ሐቃል፡; legitur Plur. ሐቃልያን፡ Jud. 9, 4 ዕደው፡ሐቃልያን፡ወመደንግፃን፡ *viri inculti et metuendi* (quamquam Graecus habet κενοὶ καὶ δειλοί). Huc referendum videtur, quod in Rad. Abb. dicitur: ሐቅለ፡ብ፡ቀማ፡

ሐቃላዊ፡ adj. rel. *qui ad agros pertinet, agrestis,*

rusticus, incultus, ዒሳው፡ ውእቱ፡ ብእሲ፡ ድሩክ፡ ወሐቃላዊ፡ ወጸጋር፡ et ብእሲ፡ ሐቃላዊ፡ ውእቱ፡ ወነጓዊ፡ Kuf. 19 (p. 71).

ሐቀረ፡ rad. inus. [ejus notio prima est in *fodiendo* (sicut נָקַר (نَقَرَ)); hinc a) *fodicavit contumeliis, dicteriis* نَقَرَ, سَطَرَ; حَقَرَ *contemsit*, حَقُرَ *vilis factus est.* b) נָקַר חָקַר نَقَرَ *scrutatus, perscrutatus est*; vid. Rödiger gloss. ad Locmani fabulas]. Hinc

አስተሐቀረ፡ IV, 1 et **አስታሐቀረ፡** (Gen. 29, 25; Jud. 16, 10. 13). 1) *contemnere, vilipendere, spernere, dedecorare* c. Acc., καταφρονεῖν Gen. 27, 12; Matth. 18, 10; እለ፡ ያስተሐቅሩ፡ ሕገሙ፡ Zeph. 1, 12; 4 Esr. 6, 53; 1 Tim. 6, 2; παραφρονεῖν Zach. 7, 11; ἐξουδενεῖν 1 Reg. 2, 30. 10, 27. 15, 23; Zach. 4, 10; ἀτιμάζειν 1 Reg. 10, 27; Jes. 53, 3; Esth. 1, 18; Rom. 2, 23; Jac. 2, 6; 4 Esr. 9, 10; አስተሐቀረ፡ መሐላሁ፡ Hez. 17, 18. 19; በኀበ፡ ጠቢብ፡ ዕፁብ፡ አስተሐቅሮ፡ ἀτιμία Sir. 21, 24; ኢትትመከሕ፡ በአስተሐቅሮ፡ አቡከ፡ 3, 10; አስተሐቀርዎ፡ ለእሙ፡ 3, 11; እንዘ፡ ያስተሐቅሩ፡ ንጉሠ፡ 2 Esr. 4, 14 (ἀσχημοσύνη). 2) *ludibrio habere, decipere, inducere* παραλογίζεσθαι 1 Reg. 28, 12; 2 Reg. 19, 26; Gen. 29, 25; πλανᾶν Jud. 16, 10. 13; ኢይም ሰልክ፡ ዘአስተሐቀርኩከ፡ μὴ βαρέως φέρε Gen. 31, 35.

ሕቁር፡ part. *contemtus, spretus, vilis*: ሕቁራን፡ χυδαῖοι Ex. 1, 7; (*Voc. Ae.*: ሕቁራን፡ ዘ፡ እዙዛን፡); hom. Rhegini in Cyr. f. 109 (Nestorius appellatur ሕቁር፡).

ሐቅረት፡ subst. (de forma vid. gramm. § 106 sub finem) *contemtio, vilitas*: በዝየ፡ ፍና፡ ሐቅረት፡ (sic quidem in Cod. Tub.; in Cod. Mus. Brit. autem ሐቅራት፡) καὶ ἐνθάδε ὁ τῆς ἐξουδενήσεως τρόπος Cyr. c. Pall. f. 75.

መስተሐቅር፡ part. IV, 1 *contemtor, spernens*: καταφρονητής Hab. 2, 5; መስተሐቅራን፡ καταφρονηταί Cyr. c. Pall. f. 70; Kid. f. 4.

ዐቢይ፡ adj., f. ዐባይ፡, Pl. m. ዐቢያን፡, f. ዐቢያት፡, c. ዐበይት፡ 1) *magnus,* bestia Ps. 103, 27; Apoc. 12, 3. 14; Joh. 21, 11; እብን፡ዐበይት፡ Deut. 27, 2; Marc. 16, 4; ጥቅም፡ዐቢይ፡ Koh. 9, 14; mons Jes. 57, 7; ሀገር፡ዐቢይ፡ Jon. 1, 2; arbor Matth. 13, 22; ብርሃናት፡ዐበይት፡ Gen. 1, 16; domus Jes. 5, 9; Hen. 14, 10; cubiculum Marc. 14, 15; fluvius Gen. 15, 18; mare Num. 34, 6; በረድ፡ዐበይት፡ Jes. 30, 30; Apoc. 11, 19; ዐበይት፡መዋቅሕት፡ 20, 1; መጥበሕት፡ዐቢይ፡ 6, 4; ሕዝብ፡ዐቢይ፡ Gen. 12, 2. 18, 18; ዕሴት፡ዐቢይ፡ Hebr. 10, 35; 1 Tim. 6, 6; Act. 4, 33; Luc. 1, 49; በዓል፡ዐቢይ፡ Luc. 14, 16; Apoc. 19, 17; ተአምራት፡ዐቢያን፡ወስቡሓን፡ Hen. 36, 4; Ps. 91, 5; ዐውያት፡ዐበይት፡ Hen. 85, 6; ግብር፡ዐበይት፡ Kuf. 2; እኪት፡ዐበይት፡ Kuf. 23; ዝንጐ፡ዐበይት፡ Kuf. 48; 1 Reg. 5, 9; መቅሠፍት፡ዐቢይ፡ Job 2, 13; ኀጢአት፡ዐባይ፡ F. M. 6, 1; caet.; raro junctum nominibus temporis, ut: ዐቢየ፡ሰዓት፡ 1 Reg. 20, 41. a) *vehemens,* ut ventus: Job 1, 19; Jon. 1, 4; Ex. 10, 19; ዝናም፡ዐቢይ፡ 3 Reg. 18, 45; ድልቅልቅ፡ዐቢይ፡ Jer. 10, 22; ማዕበል፡ዐቢይ፡ Jon. 1, 11; ድቀት፡ዐቢይ፡ Matth. 7, 27; ድንጋፄ፡ Marc. 5, 42; fletus Gen. 50, 10; ira Apoc. 12, 12; timor Marc. 4, 41; gaudium Act. 8, 8; tribulatio Matth. 24, 21, al. b) *altus,* de voce በዐቢይ፡ቃል፡ Hez. 9, 1; Dan. ap. 1, 24; Jes. 36, 13; Job 2, 12; በዐቢይ፡ፀዓዕ፡ Sir. 46, 17; 4 Esr. 9, 38. 10, 39; de somno et tranquillitate: ናዋም፡ዐቢይ፡ ὕπνος βαθύς Sir. 22, 7; ዛሕን፡ዐቢይ፡ Matth. 8, 26. c) *gravis, magni momenti:* ዐቢይ፡ዝንገር፡ለነ፡ 2 Esr. 10, 12. 16, 3; 1 Reg. 20, 2. 22, 15; Jes. 49, 6; Gen. 45, 28; አኮ፡ዐቢይ፡ዝንቱ፡ሊተ፡እመ፡አፍቀርክዎ፡ Kuf. 35; ዐቢይ፡ውእቱ፡ሊተ፡እስመ፡ዮሴፍ፡ሕያው፡ Kuf. 43; Matth. 22, 38; Act. 8, 9; 1 Cor. 9, 11; Eph. 5, 32. d) magnum vel magna i. e. *magna facinora, magnalia:* ይገብር፡ዐቢየ፡በዘለኒ፡ Sir. 50, 22; ገብረ፡ዐቢያተ፡ Jes. 12, 5; Ps. 105, 22; Job 5, 9. 42, 3. e) *magnus,* de verbis insolentis vel superbi: አፉሁ፡ይነብብ፡ዐቢያተ፡ Dan. 7, 8 seq.; Hen. 5, 4; 2 Petr. 2, 18; ዐቢይ፡ነገር፡ Enc. Teq. 17. f) Adv. ዐቢየ፡ α) *valde* Deut. 26, 5; Sap. 3, 5; Apoc. 17, 6. β) *alta* vel *clara voce:* ሰብኩ፡ዐቢየ፡ Jer. 4, 5. 2) de personis, a) *magnus* potentia, dignitate, opibus al.: ንጉሥ፡ዐቢይ፡ Koh. 9, 14; Esth. apcr. 1; Matth. 5, 35; Ex. 11, 3; 2 Reg. 19, 32; 4 Reg. 5, 1; Matth. 5, 19. 20, 26; Luc. 1, 15; Hebr. 4, 14. α) de Deo: Sir. 39, 6; Ps. 34, 31. 39, 22. 46, 2. 69, 5; Tit. 2, 13. β) de sacerdote *summo:* ካህን፡ዐቢይ፡ Num. 35, 25; 4 Reg. 23, 4; Sir. 50, 1 al. γ) *nobilis, procer, primoris, princeps:* ትሑት፡ምስለ፡ዐቢይ፡ Kuf. 23; Job 18, 20. 34, 19; Lev. 19, 15; ዐቢይ፡ወንኡስ፡ Jes. 9, 14; Jer. 6, 13. 38, 34; Gen. 19, 4; δυνάστης Sir. 7, 6; ዐበይት፡ሰብእ፡ Sir. 8, 1; ዐበይት፡ 11, 6. 25, 5; Jes. 5, 14. 10, 33. 24, 4; Jer. 41, 10; Dan. 3, 2; Ps. 130, 2; Ex. 7, 9. 8, 7 seq.; ዐበይተ፡ተዓይን፡ Num. 16, 2; ዐበይተ፡ነገድክሙ፡ Deut. 29, 9; Matth. 20, 25; ዐቢያን፡ Prov. 8, 16. b) annis i. e. *natu major* vel *maximus:* አንተ፡ዐቢይ፡ πρεσβύτερος Jer. 39, 8 (crebrius ዘየዐቢ፡). Huc referenda videtur phrasis ዐቢይ፡ክርስቲያን፡ *Christiani* (*adulti* vel *maturi,* opp. ንኡስ፡ክ"ን፡ *catechumenis* vel *neophytis*) Const. Ap. 34; Kid. f. 10; 1 Petr. 3, 21 rom.

ትዕቢት፡ subst., f. et m., *superbia, insolentia, arrogantia, fastus,* ὑπερηφανία, Prov. 8, 13; Ps. 16, 10. 72, 6; Ex. 18, 21; Sir. 10, 7. 12. 13. 18; Jes. 16, 6; Jer. 31, 29; Dan. 4, 34; ኀበ፡ሀለወት፡ትዕቢት፡ሀየ፡ሀሎ፡ኀሳር፡ Tob. 4, 13; Judith 6, 19; Hen. 5, 8; አልቦ፡ትዕቢት፡ወአዕበዮ፡ልብ፡ Kuf. 40; Marc. 7, 22; Rom. 12, 16; ὕβρις Jes. 13, 11; ትዕቢት፡ብእሲ፡ያቴሕቶ፡ Prov. 29, 23; ትዕቢተ፡ኀይሎሙ፡ φρύαγμα Hez. 7, 24; ገብረ፡ትዕቢተ፡ Num. 15, 30; ትዕቢተ፡ልቦሙ፡ Sir. 3, 24; ትዕቢት፡ወምክሕ፡ወትዝህርት፡ያማስኖ፡ለብዕል፡ 21, 4; ዑቅ፡ኢትንብብ፡ነገረ፡ትዕቢት፡ 35, 12; ትዕቢትሰ፡ጥንተ፡ኀጢአት፡ይእቲ፡ዘበአት፡ውስተ፡ፍጥረት፡ እስመ፡በቲ፡ወድቀ፡ሰይጣን፡ F. M. 3, 1; በትዕቢት፡ Lit. Orth.

ተዐባዪ፡ n. ag. *sese efferens:* ተዐባዪ፡ላዕለ፡ነዳያን፡ F.N. 16.

ዐበየ፡ *nolle* vid. sub አበየ፡

ዐብደ፡ *furere* vid. sub አብደ፡

ዐበጠ፡ I, 2 (an 1? forma Imperfecti nondum reperta est) *vi adigere ad peragendum* alqd, *ad angarias* vel *opus praestandum cogere* [עָבַד], ἀγγαρεύειν Matth. 5, 41; Did. 35; seq. Subj. verbi Matth. 27, 32; vel seq. ከመ፡ c. Subj. verbi, Marc. 15, 21; Deg. — *Voc. Ae.:* ዐበጠ፡ዘ፡መለሰ፡; *aliud:* ዘ፡አኀዘ።

ዐተመ፡ inus. i. q. عَتَبَ *iratus fuit, succensuit* (cfr. غَتْمٌ *aestus* et עָתַם in Ges. thes. p. 1084).

መዐትም፡ (etiam መዓትም፡) part. *iracundus, ad iram propensus, ira plenus:* ነፍስ፡መዐትም፡ዘይነድድ፡ከመ፡እሳት፡ ψυχὴ θερμή Sir. 23, 16; θυμώδης 8, 16. 28, 8. 1, 22; Prov. 11, 25. 15, 18; ὀξύθυμος Prov. 14, 17; ὀργίλος Prov. 21, 19; Tit. 1, 7; ἐμπνέων ἀπειλῆς Act. 9, 1; fem. መዐትምት፡ Prov. 21, 19 et Did. 3 (quamquam Platt p. 15 formam መዐትም፡ exhibet); Pl. መዐትማን፡ Prov. 24, 72; መዐትማን፡ዐናብስት፡ θρασεῖς λέοντες Sap. 11, 18; ኢይኩን፡አሐዱ፡እምዘመዱ፡ካህናት፡መዐትመ፡ወመፍጠኔ፡መዐት፡ F. M. 21, 3; Lud. Comm. hist. p. 316 n. 51; seq. ለ፡ (*contra*) Clem. f. 119.

ዐተር፡ subst. (m.), coll., [עֲדָשׁ عَدَسٌ?] *faba,* (*pisum*) κύαμος 2 Reg. 17, 28; ትንሥእ፡ለከ፡ሥርናየ፡ወብርስነ፡ወሰገመ፡ወዐተረ፡ Hez. 4, 9; at ὄλυρα respondet Ex. 9, 32; ዐተር፡ይቡስ፡ Sx. Teq. 30; monachi severunt ዐተረ፡ወሰጕርደ፡ወሰመተ፡ለሲሳየ፡ዕለቶሙ፡ Gad. T. H. — Amh. አተር፡ significat *pisum* sec. Isenberg, *pisum sativum,* sec. J. R. Roth in Harris II Anhänge p. 36. — *Voc. Ae.:* ዐተር፡ዘ፡ሽምብራ፡ (*cicer arietinum,* Harris II Anh. p. 36).

ዐተበ፡ I, 1 [vicinum videtur ኀተመ፡, Ges. thes. p. 537]

Subj. ይዕትብ፡ (F. N. 3) et ይዕተብ፡ (Sx. Tach. 19) 1) *signare, obsignare*, σφραγίζειν, alqm Joh. 3, 33; 2 Cor. 1, 22; Eph. 1, 13. 4, 30; ቤተ፡ክ"ን፡እንተ፡አጥረያ፡ (Christus) በደሙ፡ወዐተበ፡በዕፀ፡መስቀሉ፡ f. 188. 2) in specie: *signo crucis signare* alqm vel alqd, vel *signum crucis facere:* ዐተበኒ፡በትእምርተ፡መስቀል፡ Clem. f. 46; ዐተበት፡ርእሳ፡በትእምርተ፡መስቀል፡ f. 221; አርስን፡ዐቲበ፡ገጸ፡ f. 221; ዘልፈ፡ጸሀቅ፡ከመ፡ትዕትብ፡ፍጽመከ፡ Const. Ap. 47; ይዕትብ፡አበሉሙ፡ F. N. 3; ዐተብኩ፡በአጽባዕትየ፡ላዕለ፡ (digitis signum crucis feci sursum) Clem. f. 254; Lit. 159, 1; F. N. 14; እንዘ፡የዐትብ፡ላዕሌሆሙ፡ (contra eos sc. daemones, eos fugaturus) Lud. e V. S.

ተዐትበ፡ III, 1 1) *signari, obsignari:* ከመ፡ይትዐተብ፡ራእየ፡ነቢያት፡ Dan. 9, 24; ሀበ፡ናሁየ፡ለዛቲ፡ነፍስ፡ዘተዐትበት፡በጥምቀትከ፡ወተቀደሰት፡በደምከ፡ Genz. f. 25; ecclesia ተቀደሰት፡በደሙ፤ተዐትበት፡በዕፀ፡መስቀሉ፡ Deg. 2) *signari signo crucis:* በእንተ፡ ተዐትቦ፡ ፍጽም፡ በመስቀል፡ Const. Ap. 47; ዘይትዐተብ፡ይብል፡አሜን፡ Lud. e Syn. 3) *se signare signo crucis*, Lud. e Vit. Dan.

ዕቱብ፡ part. *signatus, obsignatus:* እስመ፡ውእቱ፡ዕቱብ፡ነገር፡ Sap. 2, 5; ዕቱባን፡አንትሙ፡በቅድስት፡ጥምቀት፡ Clem. f. 187. 226; ምሕልላን፡ረሲ፡ዕቱብ፡ Cod. Mus. Brit. LIV, n. 7.

ዕትበት፡ n. act. *obsignatio, signatio crucis*, Const. Ap. 39; ዕትበት፡ይከውን፡ውስተ፡ሥዩም፡በእንተ፡መልእክት፡ F. N. 10, 8.

ዑታቤ፡ subst. *signatio, obsignatio:* በስመ፡ዚአሁ፡(ለሥሉስ፡)ይደሉ፡ኵሉ፡ዑታቤ፡ M. M. f. 96.

ማዕተብ፡ subst., Pl. መዓትብ፡, 1) *sigillum, annulus signatorius:* ሕልቀተ፡ማዕተብ፡ σφραγίς Sir. 49, 11; ማዕተብ፡ Hagg. 2, 23; Cant. 8, 6; Enc. Masc. 11; ἀποσφράγισμα Jer. 22, 24; ማዕተበ፡ለመጽሐፍየ፡ σφραγίς τῆς ἐμῆς ἐπιστολῆς 1 Cor. 9, 2; ማዕተበ፡ጽድቅ፡ Rom. 4, 11; 2 Tim. 2, 19; መጽሐፈ፡ማዕተብ፡ *litera sigillo notatae*, συστατικὰ γράμματα II Can. Ap. 31. 2) *signaculum, signum, nota*, ὑπογραμμός, 1 Petr. 2, 21; ማዕተበ፡ረስን፡ Reg. Pach.; in specie: *signum crucis:* ዐጽፍ፡ጸሊም፡ ዘምሉእ፡ ማዕተበ፡ Lud. e Vit. Dan.: ረሰየ፡ዐውደ፡ በእት፡ ማዕተበ፡ መስቀል፡ዐውደ፡ Phlx. 26; ምስለ፡መዓትበ፡መስቀል፡ Lud. e Vit. Theoph. 3) Hoc nomine vocatur a) *funiculus* ille *coloratus* (caeruleus isque bombycinus), quem Christiani Abyssini tamquam insigne a collis suspendunt, a Muhammedanis aliisque sese distincturi: ማዕተበ፡ሐሪር፡ዘሀሉ፡በክሳዱ፡ Enc. Haml. 19; vid. Rüppell I. p. 282; II. p. 24; Harris I. p. 382; II. p. 130; Isenberg lex. p. 30 sub ማተብ፡ b) „*ligamen brachii*, quo quis tamquam tesserâ suos dignoscit ab alienis, prout in Abyssinia moris. Atque sic explicant Cant. 8, 6. Porro est etiam *brachiale*, quale Rex honoris vel benevolentiae causa ex auro dare solet", Lud. — *Voc. Ae.:* ማዕተብ፡ብ፡እብነት፡; *aliud:* ማዕተበ፡ዘ፡ወገሮውን፡

አማዕተበ፡ quadrl. II (denom.) 1) *signo crucis signare:* manum infantis ei imposuit አማዕቲቦ፡በትእምርተ፡መስቀል፡ Gad. T. H. 2) *in formam crucis* i. e. *decussatim ponere* vel *decussare* manus, c. Acc. manuum: በጊዜ፡ቅዳሴ፡ሰቦ፡ያመዐትብ፡እደ፡ Enc. Tachs. 19 (cfr. Lit. Jac.); አቅረበ፡ሎቱ፡ዮሴፍ፡፪ደቂቆ፡ኤፍሬም፡ወምናሴ፡ከመ፡ይባርኮሙ፡ወአማዕተበ፡እደዊሁ፡ዲበ፡አርእስቲሆሙ፡ Sx. Nah. 28.

ተማዕተበ፡ III, 1 *signari* vel *notari signo*, Clem. f. 217, in specie: *in crucis formam signari:* (Constantinus M. vidit signum crucis) በአምሳለ፡ከዋክብት፡በተማዕተቦ፡ Lud. ex Enc. Hed. 8 (at: ማዕተቦ፡ *signum ejus* in Sx. Tubing.).

ዕንሰራ፡ n. prgr. sc. עצרה (Ἀσαρθα عَنْصَرَة) *festum pentecostes* (Josephi Antiq. III, 10, 6): በዓለ፡ዕንሠራ፡ Jsp. p. 377.

ዐናስር፡ vel ዐናሶር፡ n. prgr., sc. عَنَاصِر Pl. vocis عُنْصُر *substantia, elementum:* ደንገፀ፡ኵሉ፡ዐናስረ፡ፍጥረት፡ወአንከሩ፡ኵሎሙ፡ፍጡራን፡ Haim. Ab. n. 8; ዐናሶር፡ (quatuor) elementa, Gad. Ad. f. 86.

ዐንሰበ፡ rad., dubiae significationis et auctoritatis.

መዐንስብ፡ (መዐስብ፡ Did. 13) part.; in quibusdam locis significare videtur *hariolum* seu *divinatorem:* መዐንስባን፡ Const. Ap. 8 (Lud. comm. hist. p. 306); Can. Laod. 35 (lat. 36); (ረሐቁ፡እምነ፡)ተውኔት፡ወአምልኮ፡ጣዖት፡ወማርያን፡ወመዓንስባን፡ (in ed. Platt.: መዓንስባን፡) Did. 13; in aliis *incantatorem:* ut: መዐንስበ፡አራዊት፡ወእመ፡እኩ፡ዐቃቢሆሙ፡ ad baptismum ne admittatur, Kid. f. 23. — *Voc. Ae.:* መዐንስብ፡ዘ፡መምለኬ፡ጣዖት፡ [De etymo nihil certi statuerim, quamquam ad ሐሰበ፡ חָשַׁב haud incommode referri posse videtur].

ዐነቀ፡ I, 1 [עָנַק, عَنَقَ IV; عُنُق *collum;* vicinum est ኀነቀ፡ et ዐነገ፡ q. v.] Subj. ይዕነቅ፡ et ይዕንቅ፡, 1) *collo* (suo) *circumdare* vel *suspendere* rem, c. Acc. rei: ብዝጋና፡ይዕነቅ፡ v. ይዕንቅ፡ 1 Esr. 3, 6; c. በ፡ vel ውስተ፡ colli: ዕንቆ፡ውስተ፡ (v. በ)ክሳድከ፡ Prov. 3, 3; ዕንቅ፡ (v. ዕነቅ፡)ውስተ፡ክሳድከ፡ጋጋ፡ Sir. 6, 24; ብፁዕ፡ውእቱ፡ዘጸሮ፡ወዘዐነቆ፡በክሳዱ፡ለዝንቱ፡ጸሎት፡ (i. e. amuletum) Genz. f. 162. 2) *collo circumdari:* ሰላም፡ለክሳድኪ፡ቃማ፡ንጽሕ፡ዘዐነቀ፡ III Sal. Mar. 18. 3) i. q. ኀነቀ፡ Nah. 2, 12 var.

አዕነቀ፡ II, 1 *collo* alius *circumdare* rem, *collo circumdari* vel *suspendi jubere* rem, c. dupl. Acc. et c. ውስተ፡ colli, ut: አቡየ፡አዕነቀክሙ፡ጋጋ፡ክቡደ፡ 3 Reg. 12, 11; አዕነቅዎ፡ባዝግና፡ወርቅ፡ Gad. T. H.; አዐንቆ፡ባዝግና፡ወርቅ፡ውስተ፡ክሳዱ፡ Dan. 5, 7. 16. 29; Gen. 41, 42; Kuf. 40.

ተዐነቀ፡ III, 1 *collo suo circumdare* rem, c. Acc. rei: ወይትዐነቅ፡ቀጸላ፡ወርቅ፡ Lud. e Libr. Myst.

ዕንቍ፡ subst., m., coll. et Sing., Pl. አዕናቍ፡ (proprie: lapis monilium, Geschmeibestein, ab ዐነቀ፡ eodem modo derivatum, quo عِلْق *res pretiosa* ab عَلِقَ *adhaesit*), *gemma*, Gen. 2, 12; Ex. 35, 8; 3 Reg. 10, 2. 10; Jes. 13, 12; ዕንቍ፡ዘብዙኅ፡ሤጡ፡ Job 31, 24; Prov. 3, 15; ዕንቍ፡ዘዕጹብ፡ሤጡ፡ Sir. 45, 11; ዕንቍ፡ሠናይ፡ Hez. 27, 22; ዕንቍ፡ክቡር፡ Sir. 35, 5. 50, 9; Tob. 13, 16; Ps. 18, 11. 20, 3; Apoc. 17, 4; ዕንቍ፡ቅዱስ፡ Thren. 4, 1; ዕንቈ፡ኢያስጲድ፡ Apoc. 4, 3; ዕንቈ፡ባሕርይ፡ Lud. e Ssal. Req.; ሰሐባ፡ለጥበብ፡እምአዕናቍ፡ Job 28, 18; Org. 3; ዕንቆሙ፡ et አዕናቆሙ፡ Cyr. f. 129; ዕንቍ፡ዘያኀቱ፡ ἄνθραξ Jes. 54, 11; Gen. 2, 12; ዕንቍ፡ዘተሰክዐ፡በፈትለ፡ሜላት፡ Org.; epitheton hominum illustrium: ቴዎድሮስ፡ዕንቍ፡ Enc. Ter 12; martyres Nagranenses አዕናቍ፡ Enc. Hed. 26; እማንቱ፡ዕንቈ፡ባሕርያት፡ክቡራት፡ Sx. Mij. 8.

ማዕነቅ፡ et **ማዕንቅ፡**, subst., f. et m., Pl. **መዓንቅ፡**, *palumbes torquata, turtur,* τρυγών Gen. 15, 9; Lev. 12, 6. 8; Num. 6, 10; Ps. 83, 3; Cant. 1, 10. 2, 12; Jer. 8, 7; Luc. 2, 24; **መዓንቅ፡** Lev. 5, 7. 11. 14, 22. 30. 15, 14. 29; **ከመ፡ማዕንቅ፡እነቁ፡** Jes. 38, 14 (ubi Gr. χελιδών exhibet); Hos. 12, 11 (ubi Gr. χελῶναι habet); **ማርያም፡ዘተመሰልኪ፡ማዕነቀ፡** III Sal. Mar. 18; **ሲላስ፡ረድእ፡ጳውሎስ፡ማዕነቅ፡** Enc. Teq. 15; **ፊቅጦር፡ነቃዊ፡መጽሐፍ፡ማዕነቅ፡** Enc. Hed. 15. — *Voc. Ae.:* **ማዕነቅ፡ዘ፡ቡይት፡**; *aliud:* **ማ"፡ዘ፡ዋነስ፡**

ዕንቍራ፡ *cellae favorum* vid. sub **ነቍረ፡**

ዐንበር፡ et **ዐንበሪ፡** subst., m. (et f.), Pl. **ዐናብርት፡** [عَنْبَر], *bellua marina, cetus, balaena,* κῆτος Job 3, 8. 26, 12; Jon. 2, 1 seq.; Ps. 64, 7; Dan. ap. 3, 56; Matth. 12, 40; Herm. p. 20; Sx. Haml. 25; **ዐንበሪ፡አንስቲያዊት፡** et **ተበዕታይ፡** Hen. 60, 7. 8; **ዐናብርት፡** Gen. 1, 21; Kuf. 2; Job 9, 13; Hen. 60, 7. 9. 24 (In libris Mss. passim **አናምርት፡** pro **ዐናብርት፡** occurrit, vid. sub **ነምር፡**).

ዐንበሳ፡ (crebro **አንበሳ፡** scriptum) subst. m., Pl. **ዐናብስት፡** (formam **አንብስት፡** Lud. ex Enc. Mag. 23 affert, sed vereor ut lectio sana sit) [عَنْبَس ab عَبَس *austerus fuit*] *leo,* Job 4, 10. 28, 8; Sir. 21, 2. 27, 10; Koh. 9, 4; Prov. 28, 15; Jes. 11, 6. 7; 4 Esr. 11, 41; Apoc. 4, 7. 5, 5; **ዐናብስት፡** 4 Reg. 17, 25. 26; Job 4, 11. 38, 39; Jer. 2, 15. 27, 17; Dan. 6, 7 seq.; Hez. 19, 2 seq.; Zach. 11, 3; Hen. 89, 55. 56; **እጓለ፡ዐንበሳ፡** Jes. 30, 6. 31, 4; Gen. 49, 9; **እጓለ፡ዐናብስት፡** Nah. 2, 11. 12; Jes. 5, 29; **እጓለ፡ዐንበሳ፡** est epitheton regum Ela Assbehae et Abrehae Kebr. Nag. f. 90. — Ubi fem. est, **አንስቲያዊት፡** additur, ut: **ዐንበሳ፡አንስቲያዊት፡** *leaena* Sx. Sen. 27.

ዐንበሳዊ፡ adj. rel. *leoninus:* **ሰላም፡እብል፡ለዐንበሳዊ፡አውሎግ፡** (Eulogio, quippe cui leones cibum attulerint) Enc. Jac. 11. — Fem. **ዐንበሳዊት፡** usurpatur pro subst. fem. *leaena* Job 4, 10; Dan. 7, 4; Hez. 19, 2 vrs. alt.; Org. 2.

ተዐንበሰ፡ quadrl. III, 1 (denom.) *leonis naturam induere, leonis instar invadere* alqm, c. **ላዕለ፡**, Lud. Comm. hist. p. 506. n. 54.

ዐንበዘ፡ quadrl. I [ei Dorn de psalt. p. 69 frustra comparavit أَبَسَ, melius W. Wright the book of Jonah 1857 غَبَس et غَبَش, quibus significatio *obscuri* inest; adde عَبِس] *deliquium animi pati* a) *animo linqui* vel *deficere, despondere,* vel de animo: *deficere,* ὀλιγοψυχεῖν **ዐንበዙ፡ሰበ፡ርኅቡ፡** Jud. 8, 4; **ዐንበዙ፡እምሥቃይ፡** 10, 16; **ዐንበዘት፡ነፍሶሙ፡** Judith 7, 19. 8, 9; Jon. 4, 8; Ps. 76, 3; **ኢ.ተዐንብዝ፡ነፍሳቲነ፡** μὴ μικροψυχῶμεν Chr. ho. 26; **ዐንበዘት፡ነፍስየ፡በላዕሌየ፡** καταδολεσχήσει Thren. 3, 20; μαιμάσσει Jer. 4, 19; **የዐንብዝ፡አብድ፡እስከ፡ይነግር፡ቃለ፡ዘሰምዐ፡ወይትዌየን፡** ὠδινήσει Sir. 19, 11; **ተዐንብዝ፡ገበእከ፡** Job 4, 5. b) *mente capi,* vel de mente: *insanam fieri,* **ዐንበዘ፡ልቡ፡** Gad. T. H.

ዕንቡዝ፡ part. a) *deliquium animi passus, demissus animo, pusillanimis:* ὀλιγόψυχος **ሰብእ፡ዕንቡዛን፡** Jes. 25, 5. 35, 4. 57, 15; **ብእሲት፡ዕንብዝት፡** 54, 6. b) *captus mente:* Gad. T. H.; **ዕንቡዛን፡ልብ፡ወድንቅዋን፡እዝን፡** M. M. f. 162; **ዝሉፍ፡ወዕንቡዝ፡ኢይከልዎ፡** Job 28, 18 absque auctoritate Graeci; *insanus* de mente: **ልቡ፡ሕርቱም፡ወዕንቡዝ፡** Gad. T. H.

ዕንባዜ፡ subst. 1) animi *deliquium, defectus, desponsio,* **ዕንባዜ፡ነፍስ፡** ὀλιγοψυχία Ps. 54, 8; μικροψυχία Chr. ho. 26; **ወይእቲ፡በዕንባዜ፡ልብ፡** Jsp. p. 369; **በሕማመ፡ዕንባዜየ፡** Kid. f. 4. 2) *defectio mentis, amentia, insania:* **ዕንባዜ፡ስካር፡** M. M. f. 229; **ዕንባዜ፡ልብ፡** F. N. 43, 10; **ጠበ፡እምዕንባዜሁ፡** Gad. T. H. — *Voc. Ae.:* **ዕንባዜ፡ልብ፡ማጣት፡**

ዕንብዝና፡ subst. *animi deliquium* vel *defectus, desponsio:* **እምዕንብዝና፡ነፍሶሙ፡** ὀλιγοψυχία Ex. 6, 9.

ዐኒን፡ n. prgr. *impotentia ad Venerem* (ab عُنّ): defectus membri quidam **ዘይትበሀል፡እልዐኒን፡ዘውእቱ፡ኀፍረተ፡ሥጋሁ፡ንኡስ፡** F. M. 12, 5.

ዐንዘረ፡ quadrl. I (etiam **አንዘረ፡**) [زَنَّ *sonare, resonare, strepere*]; passim tamquam stirps II, 1 radicis **ነዘረ፡** flectitur; *concentum musicum edere, organum* vel *fides pulsare, tibia cantare,* 2 Reg. 6, 5; **የዐንዝሩ፡ወይሰነቅዉ፡** Job 21, 12; **ዳዊት፡የዐንዝር፡በዕንዚራ፡** 2 Reg. 6, 14; **በብዕዛ፡የዐንዝሩ፡** (v. **ያንዝሩ፡**) **ወይገንዩ፡** 1 Par. 25, 3. 5; **ዐንዘርነ፡** ηὐλήσαμεν Matth. 11, 17. a) *canere* vel *strepere,* de regina apium, Lud. e Libr. Myst. (vid. **ንህብ፡**). b) *concentu laudare* alqm, c. Acc. pers., Enc. Ter 28 (si quidem lectio bona est). — *Rad. Abb.:* **ዐንዘረ፡ዘ፡መታ፡**

ዕንዚራ፡ subst., m. et f., Pl. **ዕንዚራት፡** *instrumentum musicum* et *tibia, fistula* al. et *cithara, lyra, nablium, organon* al.: **ይሰዐር፡ኵሉ፡ዕንዚራተኪ፡** τὸ πλῆθος τῶν μουσικῶν σου Hez. 26, 13; συμφωνία Luc. 15, 25; **በዕንዚራ፡** μετὰ αὐλοῦ Jes. 30, 29; 1 Esr. 5, 2; 1 Reg. 10, 5; **ይኔቁ፡ከመ፡ዕንዚራ፡** ὥσπερ αὐλὸς βομβήσει Jer. 31, 36; σύριγξ (ut videtur) Dan. 3, 5; ὄργανον vel ὄργανα Am. 6, 5; 1 Par. 16, 42. 23, 5; 2 Par. 7, 6. 29, 26. 30, 21; Ps. 136, 2. 150, 4; 2 Reg. 6, 5. 14; κιθάρα κινύρα νάβλη 1 Cor. 14, 7; 1 Par. 15, 20. 25, 1; accedunt Jes. 5, 12; 1 Par. 15, 16, al., ubi quid apud LXX respondeat dubium est; **ዕንዚራ፡ስብሐት፡** titulus opusculi cujusdam, Abbadie Cat. p. 139. — Forma **ንዚራ፡** occurrit in F. N., sc.: **እለ፡ይነፍኑ፡ንዚራተ፡** F. N. 23 (si quidem lectio sana est). — *Voc. Ae.:* **አርጋኖን፡ወዕንዚራ፡ዘ፡በገና፡**; vid. etiam schol. ad **መሰንቆ፡** (Vid. Description de l'Egypte, II éd., tom. XIII, p. 538.)

ዐንዛሪ፡ n. ag. *harmonice sonans, concentum edens, psallens:* **ከሀናቲከ፡እለ፡ይሴብሑከ፡በዜማ፡ጥዑም፡ከመ፡ቃለ፡አርጋኖን፡ዐንዛሪ፡** Genz. f. 115; **አይቴ፡ሀሉ፡ልሳንከ፡ዐንዛሪ፡** f. 90. — *Voc. Ae.:* **ዐንዛሪ፡ዘ፡አዝማሪ፡**

መዐንዝር፡ part., f. **መዐንዝርት፡** *musicus, fidicen, citharoedus, tibicen,* Org. 4; **ፊያታዊ፡መዐንዝር፡** Phlx. 42; **ፊልጶን፡መዐንዝር፡ወዝንቱ፡መዐንዝር፡ያስተዛውዖ፡ለአርያኖስ፡መኰንን፡** Sx. Jac. 20; **መዐንዝራን፡** Lud. e Mss. Colb.; **ተዋናዩት፡አው፡መዐንዝርት፡አው፡ዘፋኒት፡** Const. Ap. 62 (63); II Const. Ap. 17; Sx. Masc. 18 (vid. sub **አቤራዊ፡**).

ዐነገ፡ inus., cui comparaverim حَنَجَ *torquere* (vic. **ኀነቀ፡**, **ዐነቀ፡**, عنج). — *Voc. Ae.:* **ዐነገ፡ዘ፡አሰረ፡**

አዕኑግ ፡ subst. Pl. (forma Sing. nondum reperta; sec. Lud. **ዕኑግ ፡** vel **ዕንግ ፡**) *annuli* sive auribus sive naribus suspensi, *inaures:* ἐνώτια Gen. 24, 22. 35, 4; Jud. 8, 24—26; Hos. 2, 15; Judith 10, 4; Jes. 3, 20; **አዕኑግ ፡ ውስተ ፡ አንፍኪ ፡** v. **እዘንኪ ፡** Hez. 16, 12. — *Voc. Ae.:* **አዕኑግ ፡ ዘ ፡ መንጾልት ፡**; *aliud:* **አዕኑግ ፡ ወድጕልግ ፡ ዘ ፡ የገርር ፡ ንሮ ፡**, v. **ዘ ፡ ንሮ ።**

ዕንጕት ፡ subst., Pl. **ዕንጕታት ፡**, ut videtur, *mandragora*, μανδραγόραι Cant. 7, 14; **በገነቶሙ ፡ ዕንጕታት ፡ ተረከበ ፡** Sx. Teq. 28. — (At Gen. 30, 14 seq. μανδραγόραι **ከለ ፡ ሐቅል ፡** versum est). — *Voc. Ae.:* **ዕንጎታት ፡ ብ ፡ ትርንጎ ።** (Nescio an vicinum sit amh. **እንክይ ፡**).

ዕንጉግ ፡, ዕንጕጕ ፡ subst., Pl. **ዕንጓጓት ፡** vel **ዕንጕጓት ፡** et **ዕናጕጕ ፡** [عُنْجُوج *longo collo praeditus*] *lacerta aquatica* (de qua vid. Lud. hist. Ae. I, 11, 9; comm. p. 160; Rüppell II p. 13), σαύρα Lev. 11, 30; **ዕንጕጓት ፡** Lit. 176, 4; **ዕናጕጕ ፡** Macc. f. 12; **ተጠምቀ ፡ በማይ ፡ ዕሬቁ ፡ ከመ ፡ ቈርነነዓት ፡ ወዕንጓጓት ፡ ወብሔ ፡** M. M. f. 308. — *Voc. Ae.:* **ዕንጉግ ፡** (v. **ዕንጉግ ፡**) **ብ ፡ ትንክ ፡** — Sec. Lud. **ዕንጕጕ ፡** amharice exponitur **አርጃኖ ፡** (vid. ejus lex. amh. c. 57).

ዐንፀወ ፡ quadrl. I [sec. Lud. **አንፀወ ፡** II, 1 a **ነፀወ ፡**; sed in quibusdam libris Mss. **ዐንፀወ ፡** scriptum occurrit, et etymo ad rad. **ዐፀወ ፡ ዐፀዐ ፡** referendum videtur] *durescere, arescere* (sec. Lud.: *marcescere*): **ዐንፂዎ ፡** Ps. 89, 6. — *Voc. Ae.:* **ዐንፂዎ ፡ ዘ ፡ ክሐ ፡** (v. **ኳሐ ፡**) **ብሎ ፡**; *aliud:* **ዐንፀወ ፡ ዘ ፡ ክረረ ፡**

ዐንጸዋ ፡ *mus* vid. sub **አንጸዋ ፡** c. 780.

መዓንፍት ፡ *tryblia* vid. sub **አነፈ ፡** c. 781.

ዕንፎራ ፡ n. prgr. sc. ἀναφορά 1) *oblatio*, *anaphora:* **ጸሎት ፡ ዕንፎራ ፡ ዘዮስጢ ፡** Lit. 160, 1 (vid. commentarium Renaudotii ad locum). 2) „Sic etiam vocant *vasculum* quoddam, cujus in consecratione tantum usus est, videtur idem esse ac ἀμφορεύς *amphora*, a duabus ansis sic dicta, servandoque vino olim usurpata", Lud.

ዐኮት ፡ *sciniphes* vid. sub **አኮት ፡** c. 787.

ዐከከ ፡ rad. incertae potestatis inus.

ማዕከክ ፡ subst. (m.), Pl. **መዓክክት ፡** (etiam **መዓክክት ፡** Pl. Pl.), *pelvis, labrum, crater*, λουτήρ Ex. 31, 9. 38, 26. 27; Lev. 8, 11; Num. 4, 14; 4 Reg. 16, 17; Pl. 2 Reg. 8, 8; 3 Reg. 3, 4; **ማዕከክ ፡ ፍሑቅ ፡** κρατὴρ τορευτός Cant. 7, 3; I Sal. Mar. 29. — *Voc. Ae.:* **ማዕከክ ፡ ዘ ፡ ባሬታ ፡ ቢ ፡ ዘ ፡ ክበብ ፡**

ዐከወ ፡ rad., quae componenda videtur cum עָקָה عقا عاق عكّ *retinuit*, *detinuit*, *impedivit* (coll. مَعْقِلٌ ab عَقَلَ).

ታዕካ ፡ subst. *castra regia*, *arx*, *palatium*, *sedes regia*, Lit. 174, 4; Kedr f. 38; **ቈስጠንጢኖስ ፡ ታዕካ ፡ ኅበ ፡ ዘ ሐነጸ ፡ ሎቱ ፡** (sedem regiam ubi Constantinus aedificavit sibi) Enc. Ter 27; Org. 6; **በከናፍሪሁ ፡ ይሬዒ ፡ ንጉሥ ፡** (glossator addidit: **ታዕካሁ ፡**) Prov. 22, 11; **ታዕካ ፡ ንጉሥ ፡** Abush. 50; **ታዕካ ፡ መንግሥት ፡ ሰማያት ፡** Deg.; Macc. f. 3; **ዘአርያም ፡ ታዕ ካ ፡** (palatium coeleste) Cod. Mus. Brit. LIV, 7. Sec. Lud. etiam *sedes proregis*. — *Voc. Ae.:* **ታዕካ ፡ ብ ፡ ቤተ ፡ ንጉሥ ፡**

ዓው ፡ subst. [ab عَوَى *flexit, torsit*] *flexus*, *curvatura* (i. e. *acetabulum*) femoris **ዓወ ፡ እግር ፡** Gen. 32, 33.

ዐውሎ ፡ subst., plerumque m., Pl. **ዐውሎታት ፡** [ܥܠܥܠܐ vel ܥܠܥܠܐ, עַלְעוֹלָא *turbo, procella*] *turbo*, *procella*, *tempestas turbulenta*, λαῖλαψ Job 21, 18. 38, 1; καταιγίς Ps. 49, 4; Prov. 10, 25; Jes. 5, 28. 17, 13. 21, 1. 28, 15. 17. 18. 57, 13. 66, 15; Sir. 16, 21. 36, 2; etiam **ነፋስ ፡ ዐውሎ ፡** Luc. 8, 23; Ps. 10, 7; **ዐውሎ ፡ ዐቢይ ፡ ነፋስ ፡** Marc. 4, 37; **ዐውሎ ሁ ፡ ለነፋስ ፡ ዐረባዊ ፡** Sir. 43, 17; ἄνεμος Sir. 22, 18; **ዐውሎ ፡ መርቄ ፡** ἄνεμος καύσων Jer. 18, 17; **ዐውሎ ፡ ኀያል ፡ ያነቅዓ ፡** πνεῦμα ἐξαῖρον Hez. 13, 11; ϑύελλα Deut. 4, 11; Hebr. 12, 18; 4 Esr. 13, 13. 15; Hen. 17, 2. 39, 3; γνόφος Job 9, 17. 27, 20; Joel 2, 2; 2 Par. 6, 1; **ዐውሎ ፡ ማይ ፡** καταιγὶς ὕδατος Ps. 68, 18; **ተንሥኡ ፡ ላዕሌየ ፡ ዐውሎታት ፡ ወመዋግድ ፡ ተለዐሉ ፡ ላዕሌየ ፡** Phlx. 28. — *Voc. Ae.:* **ዐውሎ ፡ ዘ ፡ ሐምበላይ ፡ ነፋስ ፡**; *aliud:* **ዘ ፡ እምብሉይት ።**

ዕዋል ፡ subst., m. et f., Pl. **ዕዋላት ፡** [a rad. עול غال *lactavit*; عُولٌ עוּל et עַיִל *pullus* asini, equi, cameli] *pullus*, πῶλος Prov. 5, 19 (v. **ዕዋላት ፡**); cameli, Lud. e Libr. Myst.; in specie *pullus asini*, *asellus* (quem Hebraei dicunt עַיִר): **ዕዋለ ፡** (v. **እ ጓለ ፡**) **አድግ ፡** Zach. 9, 9; 2 Par. 28, 15 (ὑποζύγια); Gen. 32, 16. 49, 11; Matth. 21, 2 seq.; Marc. 11, 2 seq.; Luc. 19, 30 seq.; Joh. 12, 14 (fem.).

ዓም ፡, ዓመት ፡ vid. supra c. 955.

ዖመ ፡ rad., cui comparanda sunt عَمَّ et غَمَّ *texit* (عَمِيمٌ *plantae longae et perplexae*, غَمَّ I et VIII *longa, luxurians fuit* planta) et עוב caligine *texit*, غاب (unde غَابٌ غُضْنٌ עָבִים Dickicht, *densa* arborum).

ዖም ፡ subst., m. et f., coll. et Sing., Pl. **ዖማት ፡** et plerumque **አዕዋም ፡** *densa arborum* vel *virgultorum*, *saltus*, *silva*, *nemus:* ἕλος vel ἕλη Jes. 19, 6 (*carectum*); **ይበቍል ፡ ዖም ፡ ውስተ ፡ በድው ፡** 35, 7. 41, 18. 42, 15; δρυμός, δρυμοί Jos. 17, 15; Koh. 2, 6; Ps. 131, 6; Hez. 20, 46. 47; Jes. 9, 18 var.; 10, 18. 21, 13. 27, 9. 29, 17. 32, 15. 19. 65, 10; Jer. 5, 6. 26, 23. 33, 18; **ዖም ፡ ብዙኅ ፡** 4 Esr. 2, 24. 9, 24. 9, 29; **ተኀብኡ ፡ ውስተ ፡ ዖም ፡** εἰς τὰ ἄλση Jer. 4, 29; **ዖመ ፡ ገዳም ፡** ἄλσος δρυμοῦ Jer. 33, 18; **ይነብሩ ፡ ውስተ ፡ ዖም ፡** ἐν ὕλαις Job 38, 40; ὕλη Jes. 10, 17; Jac. 3, 5; **አዕዋም ፡** Ps. 28, 8; **ነዋኀት ፡ አዕዋም ፡** ὕψος δρυμοῦ Jes. 37, 24; **ውስተ ፡ አዕዋሚሃ ፡** Jer. 21, 14; **ዕፀ ፡ አዕዋም ፡** τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ Joel 1, 19; Num. 24, 6; **ዖማት ፡** Kuf. p. 7. a) *lucus*, deorum: Deut. 16, 21; Ex. 34, 13; 2 Par. 14, 3; Kuf. 1. b) *arbores* et *arbor* (densa, opaca, procera): **ዖመ ፡ ባሳን ፡** δρύες Zach. 11, 2; **ውስተ ፡ ዖም ፡** ἐν πάσῃ δρυΐ Jer. 2, 34; Kuf. p. 122; **ላዕለ ፡ ኵሉ ፡ ዖመ ፡ ባሳን ፡** Jes. 2, 13 var.; **ታሕተ ፡ ኵሉ ፡ ዖም ፡ ዘበ ፡ ጽ ላሎት ፡** ξύλου κατασκίου Jer. 2, 20; **ኵሉ ፡ ዖም ፡ ጽፉቅ ፡** 4 Reg. 16, 4; **ታሕተ ፡ ኵሉ ፡ ዕፀወ ፡ ዖም ፡** ξύλου ἀλσώδους Jer. 3, 6; **ዖመ ፡ ዘይት ፡** Lud. ex Org.; in provincia **ከተታ ፡** homines **ዖመ ፡**

ዐበዩ፡ divinis honoribus afficiebant, Gad. T. H.; አዕዋም፡ (fructiferae) Kuf. p. 47; እለ፡ያሰግሉ፡ውስተ፡አዕዋም፡ወእእባን፡ Clem. f. 178.

ዖረ፡ I, 1 [עִוֵּר; ܥܘܰܪ caecavit, عَارَ et عَوِرَ *luscus fuit*, de etymo vid. Ges. thes. p. 1006]; Perf. in libris antiquioribus etiam ዐወረ፡ scribitur (ut Jes. 56, 10 in cod. Laur.; scriptio mixta est ዖወረ፡ Matth. 13, 15 rom. et Joh. 12, 40 rom.); Subj. ይዑር፡, *caecum esse* vel *fieri*, *caecutire*, de hominibus: ዖሩ፡አግብርት፡እግዚ"፡ Jes. 42, 19. 56, 10; Rom. 11, 7; ተዐውር፡ Act. 13, 11; ይዑሩ፡ Joh. 9, 39 Platt; de oculis: ዖራ፡አዕይንትየ፡እምአንብዕ፡ Job 17, 7; Matth. 13, 15 rom.; Joh. 12, 40 rom.; Macc. f. 5; አዕይንት፡ነጸረት፡ተዐውር፡ Genz. f. 88; ዐዊር፡ ἀποτύφλωσις Zach. 12, 4.

አዖረ፡, rarius አዕወረ፡ (Gen. 19, 11; 4 Reg. 25, 7 var.), rarissime አዐረ፡ (4 Reg. 25, 7 var.) II, 1 Subj. ያዑር፡; in Imprf. etiam II, 2 ያዔውር፡; 1) *effodere, eruere* oculos alcjs: ወአዕይንቲሁ፡ለጼዴቅያስ፡አዖረ፡ Jer. 46, 7 vrs. nov.; አዕወሮ፡ (v. አዖሮ፡) et አዐሮ፡ 4 Reg. 25, 7; Clem. f. 77. 2) *caecum reddere, ex-, occaecare*, c. Acc. hominum vel c. Acc. oculorum et pron. suff. pers. (*alicui* vel *alicujus*): Gen. 19, 11; 1 Joh. 2, 11; አዑሮሙ፡አዕይንቲሆሙ፡ወአዖሮሙ፡ 4 Reg. 6, 18; ሕልያን፡ያዐውር፡አዕይንተ፡ Ex. 23, 8; Deut. 16, 19; አምኃ፡ወሕልያን፡ያዐውሮሙ፡አዕይንቲሆሙ፡ለጠቢባን፡ Sir. 20, 29; Did. 10; አዖረ፡አዕይንተ፡ልብ፡ F. M. 25, 1; ጸላኢ፡አዖረ፡ልበሙ፡ Clem. f. 263. 267; ለልቡ፡አዖረ፡ሰይጣን፡ Macc. f. 1; ሕልያን፡ያዔውር፡አዕይንተ፡ Did. 4. (Asc. Jes. 7, 17 est locus corruptus).

ተዐወረ፡ III, 2 (rarissime III, 1 ut 4 Esr. 9, 10 Laur.) *se caecum simulare*, Ps. 9, 22. a) *connivere*, c. እምነ፡ pers.: እመ፡ተዐወረ፡አዕይንቲሁ፡እምእሉ፡እለ፡ይገብሩ፡ርኩሰ፡ Kuf. 30; c. Acc. pers., Lev. 20, 4. b) *oculos avertere* ab alqo, *negligere*, seq. እምነ፡, ut: ኢተዐወርከ፡እምኔነ፡ ὑπερεῖδες Sap. 19, 21; ኢትትዐወር፡እምዘርአ፡ቤትከ፡ Jes. 58, 7; c. Acc. rei vel pers.: Gen. 42, 21; Lev. 26, 37; Jos. 1, 5; Judith 8, 20; Esth. 4, 17 apcr. (ὑπερίδῃς τὴν μερίδα σου); ይትዔወር፡ነፍሶ፡ Sir. 14, 8; ይትዔወር፡ቢጾ፡ 29, 14; ኀፍረት፡ተዐውሮቱ፡ለቢጽከ፡ 41, 21. c) *despicere, contemnere, spernere, despicatui habere*, c. Acc. pers., Ps. 21, 18; Num. 5, 19; omisso Acc.: ተዐውር፡ተዐወርከሙ፡ Mal. 3, 9; ተዐውሮቶሙ፡ Job 6, 19; in specie: praecepta, foedus, al.: ተዐወሩ፡ኪዳኖ፡ 4 Esr. 5, 24. 9, 10; Num. 22, 18 (παραβῆναι); Luc. 11, 42; ትእዛዘ፡ Clem. (creberrime); etiam omisso ትእዛዝ፡, ut: ኢይበአ፡ውስተ፡ምሥዋዕ፡ወእመሰ፡ተዐወረ፡ከመ፡ይበአ፡ al., Clem. f. 177. — *Rad. Abb.*: ተዐወረ፡ዘ፡ቸል፡አለ።

ዕዉር፡ vel **ዕውር፡** part. *caecus* (sensu proprio et translate), Lev. 19, 14. 21, 18; Deut. 28, 29; Job 5, 14; ዕዉራን፡ Job 29, 15; Jes. 29, 18. 35, 5. 42, 16. 18; ሕዝብ፡ዕዉር፡ 43, 8; 59, 10. 61, 1; Ps. 145, 7; Matth. 9, 27. 21, 14; Marc. 8, 22; Joh. 9, 1 seq.; 2 Petr. 1, 9; ብእሲ፡ዘዕውርት፡አሐቲ፡ዐይኑ፡ Sx. Haml. 11; ዕዉረ፡አዕይንት፡ Syn. p. 347; ዕዉረ፡ልብ፡ M. M. f. 22; ዘያጠብቦ፡ለዕዉር፡ Clem. f. 172; ዝቀትል፡ (sc. caedes በመጥባሕት፡ i. e. sicâ perpetrata) ተሰምየ፡ሞተ፡ዕዉር፡ (sic) Jsp. p. 343.

ዕወር፡ subst. *caecitas*, Deut. 28, 28.

ዑረት፡ n. act. vel subst., *caecitas*, Deut. 28, 28 var.; Enc. Genb. 6: ዑረተ፡ልብ፡ Marc. 3, 5; Rom. 11, 25; Macc. f. 1; በእኪት፡ዑረተ፡ልቡ፡ Did. 2; ዑረተ፡ልብ፡የአኪ፡እምዑረት፡ዐይን፡ Lud. e Syn.

ዐዋር፡ n. ag. vel adj., nonnisi in Pl. ዐዋውርት፡ *caeci*, Matth. 15, 14 rom.; መርሐ፡ዐዋውርት፡ Gad. Za Mich.

ተዐዋሪ፡ n. ag. *neglector, contemtor*: አይቴ፡ለተናስሐት፡ተዐዋርያን፡ (poenitentiae neglectores) Genz. f. 89.

ትዕውርት፡ *paradoxia* pro ትውዕርት፡ vid. sub ወዐረ፡

ዐውስት፡ *vultur* vid. sub አውስት፡ c. 790.

ዖቀ፡ I, 1 [contiguum videtur ዐቀበ፡, an وَقَى?] Subj. ይዑቅ፡ 1) *servare, observare*: ነፍሶ፡ዑቅ፡ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον Job 2, 6; ዑቅ፡ትእዛዘ፡ወግበር፡ Kuf. p. 77. a) *respicere, attendere, videre, prospicere*, c. Acc. pers. vel rei: ዑቅኒ፡ ἐπιγνῶναί με Ruth 2, 10; εἰδέναι 1 Thess. 5, 12; ዘኢየዐውቅ፡ቤቶ፡ይወርስ፡ነፋሰ፡ Prov. 11, 29; βλέπειν Col. 4, 17; diaconi ይዑቅዎሙ፡ለእለ፡አልቦሙ፡ (prospiciant iis qui nihil habent) Lud. comm. hist. p. 321; etiam c. ላዕለ፡ vel ለ፡ pers.: ዑቅኬ፡ላዕለ፡ (v. ለ)ኢዮብ፡ προσέχειν Job 2, 3. b) *cavere* α) alqm vel alqd i. e. *vitare*, c. Acc.: ዑቅዎሙ፡ለከለባት፡ βλέπετε τοὺς κύνας Phil. 3, 2; ዘንተ፡ዑቅ፡ከመ፡ኢታግብእ፡ለወልድየ፡ Gen. 24, 8; seq. እምነ፡ rei, ut: ዑቅ፡ርእሰከ፡ (v. ዑቅ፡)እምእኩይ፡ Sir. 4, 20. β) *providere, videre, cautionem adhibere*, sive addito ርእሶ፡ (proprie: *semet custodire*) sive omisso; absol.: ዑቅ፡ርእሰከ፡ 1 Reg. 19, 2; Deut. 4, 9. 8, 11; Marc. 13, 9; Luc. 17, 3; ዑቅ፡ወተዐቀብ፡ Sir. 13, 13; ዑቁ፡ወለብዉ፡ Did. 3; ዑቁ፡ወኢታዕርዎ፡ 2 Esr. 7, 23; c. በእንተ፡ rei 1 Tim. 4, 16; seq. ኢ፡ cum Subj. verbi (*ne*): Deut. 4, 23. 6, 12. 11, 16. 12, 13. 19. 30; Gen. 24, 6; ዑቁ፡ኢታርኅዉ፡ 2 Esr. 17, 3; Ep. Jer. 4; ዑቅ፡ኢያስሕትከ፡ Jes. 41, 10; Sir. 21, 1. 29, 24; Luc. 21, 34; Hebr. 12, 25; raro seq. Imprf., ut: ዑቅ፡አልቦ፡ዘተኄሊ፡ Job 1, 8; Matth. 9, 30; seq. ከመ፡ c. Subj. (*ut*): ዑቁ፡ከመ፡ትግበሩ፡ Deut. 27, 1; Hebr. 8, 5; seq. ዮጊ፡ኢ፡ *ne forte* c. Subj., Apoc. 19, 10 Platt. 2) *animadvertere, cognoscere*: ዑቅ፡ከመ፡ „scito, quod" Lud. e Vit. Pach. [quae verbi አወቀ፡ significatio in lingua Amh. tritissima est; cfr. נָצַר *custodire*, at نظر ነጸረ፡ *intueri, aspicere*]. 3) intrs.: *notum, manifestum esse* vel *fieri, apparere*: ድኅረ፡የዐውቅ፡እከይሁ፡ (nisi ያዐውቅ፡ ἐκφαίνει τὴν κακίαν legere malueris) Sir. 14, 7; አዕረፈ፡(ያሬድ፡ማሕሌታዊ፡)በሰላም፡ወመቃብሪሁሰ፡ኢተዐውቀ፡ (ni ተዐውቀ፡ legendum est) Sx. Genb. 11; ናሁኬ፡የዐውቅ፡ከመ፡ . . . („elucet", ni ያዐውቅ፡ „indicat" interpretandum est) M. M. f. 109.

አዖቀ፡ II, 1 (sec. Lud.: አዕወቀ፡) Subj. ያዕውቅ፡ et ያዕቅ፡; in Imprf. etiam II, 2 (ያዔውቅ፡), 1) *facere ut animadvertat, cognoscat, sciat* alqs.: አዐውቀከ፡ከመ፡ . . . Hež. 35, 12. a) *certiorem facere* alqm, ut: ናሁ፡አዖቅከሙ፡ (I pers. Sing.) ከመ፡ኢይፈቅድ፡ንስተተ፡ Jsp. p. 372. b) *indicare* vel *declarare* alicui alqd, c. Acc. pers.: 1 Cor. 11, 14; ያዔውቀነ፡ከመ፡ . . . Cyr. de r. fid. f. 52. 2) *notum* vel *manifestum facere, indicare, ostendere, demonstrare*: ነገርከ፡ያዐውቀከ፡ Marc. 14, 70; Matth. 26, 73; Deus in Christo አዖቀ፡ብርሃነ፡ሐዲሰ፡ለሕዝብ፡ወአግሀደ፡ብርሃነ፡ወሕገ፡ለክርስቲያን፡ III Const. Ap. 4; አዖቁ፡ዕልወቶሙ፡ Jsp. p. 363;

ኢያየቀ፡ፍድፋዴ፡ክብሮሙ፡ (non ostendit excellentiam eorum) Chr. ho. 1; ያዕውቅ፡ትንግኤሁ፡ Lit. 165, 3; seq. ከመ፡ ὅτι, Hebr. 7, 15; Chr. crebro; ከመ፡ናዕቅ፡ከመ፡ . . . M. M. f. 33.

ተዐውቀ፡ (raro ተዐወቀ፡ ut Jes. 3, 9) III, 1 1) *animadverti, percipi, cognosci, agnosci,* γνωσθήσεται Ps. 87, 13; ከመ፡ይትዐወቅ፡ጽድቁ፡ Mich. 6, 5; Jes. 61, 9; Hez. 39, 7, ተዐውቀ፡ ἐπεγνώσθη Job 6, 17; Thren. 4, 8; ይትዐወቅ፡እምርሑቅ፡ዘይክል፡ነቢብ፡ Sir. 21, 7; Hen. 15, 11; ኢተዐውቀ፡መካኑ፡ εὑρέθη Dan. 2, 35; ዘእንበለ፡ይትዐወቅ፡ (non animadversus) Job 22, 16; ሕልመ፡ሌሊት፡ዘኢይትዐወቅ፡ Job 20, 8; Lit. 162, 1; እኩ፡ዘይትዐወቅ፡ οὐκ εὔγνωστοι Prov. 5, 6; c. በኀበ፡ *ab* aliquo: Prov. 15, 10; ይትዐወቅ፡ስምከ፡በኀቤሆሙ፡ Jes. 64, 2; vel c. pron. suff. (*alicui*): እኩ፡ለዙሉ፡ዘይትዐወቆ፡ብርሃን፡ ὁρατόν Job 37, 20; c. እምነ፡ rei (*qua* vel *e qua* quis agnoscitur vel cognoscitur): እምራእዩ፡ይትዐወቅ፡ሰብእ፡ Sir. 19, 29. 30. 4, 24. 10, 5. 26, 9; Prov. 14, 4; Rom. 1, 20. 3, 20; seq. ከመ፡ Ex. 33, 16. 2) *notum, manifestum, cognitum esse, innotescere, revelari:* እስመ፡ተዐውቀ፡ሥምረቱ፡ለእምላክነ፡ γνωστά ἐστι Bar. 4, 4; ተዐውቀ፡ኵሉ፡ γνωστὰ πάντα Tob. 2, 14; Ps. 75, 1; φανερός ἐστι Gal. 5, 19; Jes. 3, 9. 33, 9; πρόδηλός ἐστι 1 Tim. 5, 24. 25; φανεροὺς γενέσθαι Phil. 1, 13; Gen. 42, 16; ἐσημειώθη Ps. 4, 7; ኢይትዐወቁ፡ጻድቃን፡ወኢኃጥኣን፡ φαίνονται Herm. p. 51; ከመ፡ይትዐወቅ፡ኄሩትከ፡ ἀποφανῆς δίκαιος Job 40, 3; ኢተዐውቀ፡ኀይሉ፡ οὐκ ἐγνώσθη Jud. 16, 9; ἐπεφάνη Tit. 2, 11; φανεροῦσθαι Hebr. 9, 8; 1 Joh. 1, 2. 3, 2; በደኃሪቱ፡ለሰብእ፡ይትዐወቅ፡ምግባሩ፡ (ἀποκάλυψις) Sir. 11, 27; c. በ፡ rei, qua quid notum vel manifestum fit: Gen. 42, 15. a) *manifestum, evidens, apertum, certum est, constat, apparet* seq. Acc. c. Inf. α) constr. impersonaliter, seq. ከመ፡, ut: Hebr. 7, 7; ተዐውቀኬ፡ገሃደ፡ከመ፡ . . . Cyr. ad Th. f. 24; በዝንቱ፡ይትዐወቅ፡ከመ፡ኢኮኑ፡አማልክተ፡ Ep. Jer. 14; ዘእንበለ፡ይትዐወቅ፡ከመ፡ገብረት፡ዝሙተ፡ F. M. 12, 2; Lud. comm. hist. p. 505 n. 49; c. እምነ፡ pers. (*de* aliquo): ተዐውቀ፡እምኔሆሙ፡ከመ፡ነስሑ፡ F. M. 15, 3. β) personaliter: ትትዐወቅ፡ከመ፡ፈያት፡አንተ፡ 3 Reg. 20, 40; ተዐውቀት፡ከመ፡ፀንሰት፡ Kuf. 41. b) indiciis et testimoniis *probatum esse:* እመሰበ፡ዘተዐውቀ፡አበሳሁ፡በውስተ፡ፍትሕ፡ Did. 10; c. በ፡ pers. (*contra* alqm vel *de* aliquo): ብእሲ፡ለእመ፡ተዐውቀ፡ቦቱ፡ከመ፡ውእቱ፡ይዔምፃ፡ለብእሲቱ፡ F. M. 12, 2. 3) Suffixo pron. pers.: *mente percipere, sentire, sibi conscium esse* rei, *persuasum habere* alqd: አብድ፡ተቀሢፎ፡ኢይትዐወቆ፡ οὐκ αἰσθάνεται (proprie: ei non percipitur) Prov. 17, 10; ኢተዐውቆ፡ሕማም፡ non sensit dolores, Enc. Mag. 7; ተዐውቀቶሙ፡ኀጢአቶሙ፡ γνωσθῇ αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία Lev. 4, 14; Hez. 36, 32; ኢይትዐወቀኒ፡ዘገበርኩ፡እኩየ፡ οὐ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας Job 27, 6; 1 Cor. 4, 4; እስመ፡ተዐውቆ፡ቅትለቶሙ፡በሐሰት፡ (ei persuasum erat, causam supplicii eorum esse mendacia) Jsp. p. 334; Infin.: *cognitio, scientia, perspicientia:* αἴσθησις ተዐውቆ፡ Prov. 1, 4. 7. 11, 9; ἐπιγνωμοσύνη Prov. 16, 23; በተዐውቆቱ፡ ἐν αἰσθήσει 3, 20.

ዕዉቅ፡ vel ዕውቅ፡ part. 1) *notus, certus:* ሢሞሙ፡ኤጲስ፡ቆጶሳተ፡አኮ፡ዲበ፡ሢመታት፡ዕዉቃት፡አላ፡ፈነዎሙ፡ይሰብኩ፡ውስተ፡ኵሉ፡በሐውርት፡ Sx. Mag. 14; Ssal. Req.; al. 2) *familiaris:* ወአንተሰ፡ብእሲ፡ዘከመ፡ነፍስየ፡ማእምርየ፡ወዕዉቅየ፡ Mavâs. n. 44 (coll. Ps. 54, 14).

ዐውቅ፡ subst. (*familiaritas* i. e. pro concreto) *familiaris* m. Ps. 54, 14; fem. Catal. Mus. Brit. p. 54[b].

ዑቀት፡ n. act. *evidentia, manifesta* vel *certa* rei *ratio,* F. N. 33.

የነ፡ inus., sine dubio componendum cum עָנָן غَيْمٌ et غان (غَيْمٌ et غَيْنٌ).

ምዕዋን፡ subst. *septentrio, plaga septentrionalis* (coeli regio obscura, nubilosa): Ex. 26, 18, 35. 27, 11. — At ለዕውኒ፡ Asc. Jes. 4, 18 lectio corrupta est.

ዐውከከ፡ quadrl. I [cfr. عَاكَ عَاجَ et عَرَجَ] *aberrare, evagari, recedere, declinare,* እለ፡ዐውከኩ፡ ἀστοχήσαντες 1 Tim. 1, 6; ዐውከኩ፡እምሃይማኖት፡ περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν 1, 19; ዐውከኩ፡እምጽድቅ፡ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν 2 Tim. 2, 18; Lud. e Mss. Colb.; Enc. Genb. 30. — Ludolfus quidem አውከከ፡ scripsit et stirpem II, 1 radicis ወከከ፡ exposuit, at ut etymon ita subst. ዕውከከና፡ radicem primariam የከ፡ indicant, quamquam Abyssinos ipsos hoc verbum stirpem II, 1 exposuisse ex Enc. Genb. 30 elucet, ubi ርቱዐ፡በኢያውከክ፡ (recte sine aberratione) pro በኢዐውከክ፡ exhibent libri Mss. — *Voc. Ae.:* ዐውከኩ፡ዘ፡አፈገፈጉ፡ወጽኡ፡ሂ፡

ዕውከከና፡ subst. *aberratio, declinatio:* (Paulus in epistola ad Tim. data ait:) እስመ፡በደኃሪ፡አዝማን፡ይርሕቁ፡ፅፅ እምሃይማኖት፡ወየሐውር፡ድኅረ፡መንፈስ፡ዕውከከና፡ወድኅረ፡ትምህርተ፡ሰይጣናት፡ Phlx. 243.

ዐውከከ፡ *perturbare* vid. sub አከ፡ c. 791.

ዐዌት፡ vid. sub አዌት፡

ዐውየወ፡ quadrl. I [pro አውየወ፡, a ወይ፡ propagatum, coll. عَوَى ܥܘܐ; semel sc. Jes. 10, 10 in uno codice formam አውየ፡ inveni] *ejulare, ululare, flebilem clamorem tollere, lamentari, plorare, clamare, vociferari:* ἀλαλάζειν, ὀλολύζειν Am. 8, 3; ዐውይዉ፡ Jes. 13, 6. 15, 2. 3. 65, 14; Jer. 4, 8. 30, 3. 31, 20; ወውዕ፡ወዐውይው፡ (v. ወዐውዩ፡) Hez. 21, 12; Marc. 5, 38; κράζειν, βοᾶν, ἀναβοᾶν: ዐውየወ፡በሕቁ፡ Judith 14, 16. 19; Ex. 2, 23; 2 Reg. 13, 19; Job 2, 12; ኢይረክቡ፡ብሔረ፡ኀበ፡አዐውዩ፡ 16, 18. 30, 28; የዐወይዉ፡እምብዝኀ፡መስተዐግላን፡ 35, 9; Jes. 15, 4; ዐውየወት፡በሕማማ፡ 26, 17; Jer. 29, 2; Thren. 3, 8; Marc. 1, 24. 26; Jac. 5, 4; አኀዝኩ፡እብኪ፡ወአዐውዩ፡ Hen. 89, 69; auxilio vocantis, implorantis: Jes. 57, 13; Dan. ap. 1, 24; Job 19, 7. 36, 13; Luc. 18, 38. 39; c. ኀበ፡ pers.: Ex. 8, 8. 14, 10; ነዐውዩ፡ኀቤከ፡ Hab. 1, 2; Ps. 106, 6. 28; Job 38, 41 (de corvis); Jes. 19, 20. 46, 7; ዐውየወ፡ልበሙ፡ኀበ፡እግዚ"፡ Thren. 2, 18; clamorem tollere Jes. 5, 30. — *Voc. Ae.:* ዐውየወ፡ከልሐ፡ወውዐ፡ዘ፡ጮኸ፡ (cfr. scholion ad ወከሐ፡).

አዐውየወ፡ II, *ululare* vel *lamentari facere:* እንዘ፡ታገዕሩ፡ወታዐወይዉ፡ነዳየ፡ Jes. 58, 4 var.

ዐውያት፡ subst. (semel inveni ዐውያ፡, sc. ጊዜ፡ዐውያከ፡ Jes. 58, 9 in cod. Laur.; caeteri habent: በጊዜ፡ዐውየውከ፡) *ejulatio, ululatio, lamentum, flebilis clamor, ploratus, vociferatio,* Gen. 21, 17; Ex. 2, 23; አንሥኡ፡ዐውያት፡

εἶπον ὤ 4 Reg. 3, 21; οὐαί οὐαί Am. 5, 16; **ቃለ፡ብካይ፡ወቃለ፡ዐውያት፡** Jes. 65, 19; Kuf. 49; Zeph. 1, 10; **ቃለ፡ዐውያቲሃ፡** Jer. 8, 19; Jer. 14, 2; **ይሰምዖ፡ዐውያቶ፡** Sir. 32, 16; **ዐውያቶሙ፡** Ps. 9, 12; **ዐውያተ፡ነዳያን፡** Job 34, 28; Jes. 15, 8. 22, 2; Jer. 18, 22. 20, 16. 32, 22; Ps. 143, 17; **ዐውየወት፡ዐውያተ፡ዐበይት፡** Hen. 85, 6.

ዖደ፡ I, 1 [עוּד circumdedit; عَادَ vertit, mutavit; reversus est, II assuefecit (عَوَّدَ); vic. آدَ incurvavit, inflexit; significationis *continuandi* et *durandi*, quae et ipsa huic radici inerat, vestigium relictum est in **ዓዲ፡** q. v.] Subj. **ይዑድ፡** 1) *se vertere, circumverti:* **ከመ፡መንከከት፡እንተ፡ተዐውድ፡** ὡς ἄξων στρεφόμενος Sir. 36, 5; Prov. 26, 14 (vid. sub **ማዕጸ፡**). 2) *circumire, ambire, obire,* **ዖድኩ፡** ἐκύκλωσα Koh. 7, 25; **የዐውድ፡ዐውደ፡** κυκλοῖ κυκλῶν 1, 6; **ዖድኩ፡እንዘ፡አኀሥሣ፡** περιῄειν Sap. 8, 18; **ዖደ፡ዐዋዲ፡** Gen. 41, 43; **የዐውድ፡ይንግር፡ለከ፡ዘወሀበከ፡** Sir. 20, 15; Hen. 21, 1; c. **ለ፡** loci: Hen. 75, 9; **ንዑድ፡ለዝ፡መኀፈድ፡** Herm. p. 84; c. **ውስተ፡** loci: Gen. 2, 11; **ዖደ፡ውስተ፡ኵሉ፡ደወሎሙ፡** Judith 3, 8; **መዓቅብት፡ይዑዱ፡ውስተ፡ኢየሩሳሌም፡** 2 Esr. 17, 3; c. **እንተ፡ውስተ፡**, ut: **ዖዱ፡እንተ፡ውስተ፡ቈላት፡** ἐκύκλωσαν τὴν φάραγγα Judith 13, 10; c. Acc. loci: Koh. 12, 5; Cant. 3, 2; Gen. 2, 13; Jos. 6, 3; **ዑዲ፡ሀገረ፡** Jes. 23, 16 vrs. nov.; **የዐውድ፡ምሥዋዐ፡** Kuf. 16; **ዖድኩ፡ባሕቲትየ፡አጽናፈ፡ምድር፡** (γῦρον οὐρανοῦ ἐκύκλωσα μόνη) Sir. 24, 5. a) *circumire* locum, ad eum vitandum, Num. 21, 4; Deut. 2, 1. 3 (**ዐዊዶት፡**). b) *obire* i. e. *peragrare:* Job 1, 7; Gen. 12, 6; **እለ፡ፈነወ፡እግዚ"፡ይዑድዋ፡ለምድር፡** Zach. 1, 10; c. **እንተ፡** Matth. 12, 43. c) *circumvagari:* **ሰራሕኪ፡በዐዊድ፡** ταῖς πολυοδίαις Jes. 57, 10; c. Acc. (*per*) 1 Tim. 5, 13 Platt. d) *circumcurrere:* (**አምጣኒሃ፡**)**የዐውድ፡ጥቅማ፡** Jes. 38, 39; **አምጣን፡ዘየዐውዶ፡** (*circuitus, circumferentia, linea circumcurrens*) 3 Reg. 7, 3; Jer. 52, 21 vrs. nov. e) *ambire*, i. e. *quaerere*, 1 Petr. 1, 10. 3) *cingere, circumdari* (*circumstare, circumvenire, circumsedere*), c. Acc.: **ዖድዋ፡** περιεκύκλωσαν αὐτήν Judith 13, 13; Ps. 88, 9. 124, 2; 2 Par. 4, 3; **ዑዳ፡** περιχαράκωσον αὐτήν Prov. 4, 8; **ዖዱ፡ለስነኒሁ፡ግርማ፡** Job 41, 5; Hen. 71, 6. 14, 9. 24, 3; **በሐውርት፡ዘየዐውድዎሙ፡** Sx. Mag. 20. 4) Componitur cum aliis verbis ad significandum *circum-*, ut: **ይዑዱ፡ይትቀፈሉ፡** κύκλῳ κατηργυρωμέναι Ex. 27, 17.

አዖደ፡ II, 1 1) *circumvertere, circumagere:* **ያዐውድ፡መንኰራኵሪሁ፡በእገሪሁ፡** Sir. 38, 29. 2) a) *circumire jubere, circummittere* praeconem: **ከመ፡ያዑድ፡ዐዋዴ፡ቅድሜሁ፡** Jsp. p. 318; omisso **ዐዋዴ፡** (i. e. *proclamari jubere*) Ex. 32, 5. b) *circumducere*, 4 Esr. 6, 61; c. **ውስተ፡** loci: Num. 23, 14; **አዖዶ፡ውስተ፡መርሕበ፡ሀገር፡** Esth. 6, 11; **አዖደኒ፡ውስቴቶሙ፡ምዕዋዳተ፡** Hez. 37, 2; c. Acc. pers. et Acc. viae vel loci: **አዖደኒ፡ፍኖተ፡** Hez. 47, 2; **ኖትያዊ፡ለእመ፡አዖደ፡ሐመሮ፡ኵሎ፡ባሕረ፡** Chr. Ta. 24. c) *circumferre* i. e. *circum circa projicere* funem mensorium: **ዘያዐውድ፡ለኪ፡ሐብለ፡ዲበ፡መክፈልትኪ፡** Mich. 2, 5; **መኑ፡አዖደ፡አሕባለ፡ዲቤሃ፡** Job 38, 5. 3) *circumdare:* **በከተማ፡ርእስየ፡አክሊለ፡ሕይወት፡ያዑዱ፡** (verticem capitis mei corona vitae cingant) Enc. Hed. 28; F. M. 31, 1 (vid. **ዝናር፡**).

ተዐውደ፡ III, 1 *circumagi, circumvolvi:* **አከኑ፡ፍጡነ፡ይረውጽ፡ፀሐይ፡ተዐዊዶ፡ሰማየ፡** 1 Esr. 4, 34.

ዕዉድ፡ vel **ዕውድ፡** part. *circumdatus:* **ዕዉድ፡በወርቅ፡ወእሱር፡በወርቅ፡** Ex. 36, 20; **ዕዉድ፡በሜላት፡ውስተ፡እሕባለ፡ቢሰንስ፡** Esth. 1, 6. a) *cingens:* **ይኩን፡ቀሚስ፡ስፉየ፡ወዕዉደ፡** et **መዛርዐ፡ቀሚስ፡ይኩኑ፡ዕውዳኒ፡** F. M. 31, 5 (vid. sub **መንዲል፡** c. 195). b) *stipatus:* **ፈቃድ፡ዕውድ፡በምግባር፡** (opp. voluntate vana vel inani) Chr. Ta. 16.

ዐውድ፡ subst., plerumque m., Pl. **አዕዋድ፡**, Pl. Pl. **አዕዋዳት፡**, 1) *circuitus, ambitus, circulus* a) usitatur ad significanda Adv. et Praep. *circa*, vid. infra. b) *linea circumcurrens:* **ወዐውዳ፡፴በእመት፡** 2 Par. 4, 2; **አምጣነ፡ዐውዳ፡** 3 Reg. 7, 10. b) *orbis:* **ዐውደ፡ሰማይ፡** γῦρος Job 22, 14; lunae Org. 1. c) *periodus* anni: **በርከ፡ዐውደ፡ዓመት፡** Mavâs. n. 68; Enc. Pag. 5; **ተፍጻሜተ፡ዐውደ፡ዓመት፡** Sx. Pag. 6. d) *circulus:* **ዐውደ፡ፀሐይ፡** *circulus solaris* (i. e. spatium duodetriginta annorum, vid. Ideler Handbuch II p. 185) Abush. 23; **ዐውደ፡ወርኅ፡** ibid. (vid. **ቀመር፡**). e) *locus circumjacens:* **ምኔታት፡ዘአዕዋደ፡እለስክንድርያ፡** Phlx. 18. f) *res circumdans* vel *circumdata:* **ዐውደ፡ዐጸድ፡** ἱστία τῆς αὐλῆς Ex. 35, 12 (cfr. 40, 6); **ልብሰ፡ዐውደ፡ዐጸድ፡** 37, 7. 16; **ዐውደ፡ዶብተሬ፡** παραρύματα 35, 10. g) μῆκος Ex. 36, 16. h) **ዐውደ፡ልቡብ፡** *praecordia* (pro corde ipso) Lud. ex Enc. Masc. 27. 2) *area*, a) **ዐውደ፡እክል፡** *area frumentaria* („erat enim rotunda" Lud.), ἅλων Ruth 3, 2 seq.; Hos. 9, 1; Mich. 4, 12; Jud. 6, 11; Num. 18, 27. 30; 1 Par. 21, 20; Luc. 3, 17; vel **ዐውደ፡ማእረር፡** ἅλων θερινή Dan. 2, 35, vel **ዐውደ፡ምክያድ፡** Deut. 16, 13; vel **ዐውድ፡** Matth. 3, 12; Ex. 22, 28. b) *area torcularia* Ex. 22, 28. c) *area* circumsepta, *fundus:* **ይስሐቅ፡ዐቃቤ፡አዕዋድ፡ዘከነ፡** Enc. Haml. 25 (in Actis hujus diei nominatur **ዐቃቤ፡ገነት፡**); Chrysostomus Eudoxiae, quum mulierculae pauperi **አዕዋዲሃ፡** vi abstulisset, sacris interdixit Sx. Genb. 12; **ዐውደ፡ወይን፡** *vinea* Enc. Mag. 29. d) **ዐውደ፡መብልዕ፡** *coenaculum* vel *refectorium* in monasterio, Lud. e Cant. Chr. 3) *circulus* vel *corona* i. e. a) *consessus:* **ኢነበርኩ፡ውስተ፡ዐውዶሙ፡ለመስተሳልቃን፡** συνεδρίῳ Jer. 15, 17; Ps. 25, 4. b) *concio*, in specie *consessus judicum*, *conventus*, nec non locus ubi habentur i. e. *forum*, (*comitium, curia, aula, praetorium*): **አምንዎሙ፡ዐውድ፡** ἐπίστευσεν αὐτοῖς ἡ συναγωγή Dan. ap. 1, 41; Jos. 20, 6; **አዕዋዳት፡** συναγωγαί Matth. 23, 6; Marc. 12, 39; συνέδριον Matth. 5, 22. 26, 59; Marc. 14, 55; **አዕዋድ፡** Matth. 10, 17; κριτήριον Dan. ap. 1, 49; **አዕዋዳት፡** Jac. 2, 6 Platt; M. M. f. 332; **ሖረ፡ውስተ፡ዐውድ፡** εἰς κρίσιν Job 9, 32; Deut. 25, 1; Sir. 38, 33 var.; **ነበረ፡ዐውደ፡** *sedit in judicio* vel *judex* Dan. 7, 10. 26; Act. 25, 6; **ነቢሮ፡ዐውደ፡** Macc. f. 2; **እንዘ፡ይነብር፡ውስተ፡ዐውድ፡** (v. **ዐውደ፡**) ἐπὶ τοῦ βήματος Matth. 27, 19; **አምጽእዎ፡ኀበ፡ዐውድ፡** ἐπὶ τὸ βῆμα Act. 18, 12; **ንንሥእ፡ዐውደ፡** Act. 19, 39; Jsp. p. 315; **ዐውደ፡ፍትሕ፡** Jsp. p. 315; **ዐውደ፡ምኵናን፡ዘፍትሕ፡** ibid.; **ዐውደ፡ምኵናን፡** Did. ed. Platt p. 102; **ዐውደ፡ቅስት፡** Clem. f. 204; **ዐውደ፡አፒዮ፡** forum Appium Act. 28, 15 rom. c) *concilium, conciliabulum*, ut: conciliabulum Pauli Samosateni, Lud. ex Enc. Teq. 19. — *Voc. Ae.:* **ዐውድ፡ዘ፡በ፪ዙርያ፡ሸነ፡**(?ሸለ፡?).

ዐውድ፡ usurpatur significandis adverbio et praepositioni *circa*. 1) Vim substantivi integram tenet. a) **ዐውዱ፡** (non **ዐውዶ፡**) **ለውእቱ፡መንበር፡፳ወ፬መናብርት፡** et (circuitus throni i. e.) circa thronum erant . . . Apoc. 4, 4 rom.; **የሐንጽ፡ጥቅመ፡ዐውድኪ፡** (v. **ዐውደኪ፡**) Hez. 26, 8. b) post pron. rel. vel

notam Genitivi: ነጽሪ፡ ዘዐውድኪ፡ vide id quod (circuitus tuus i. e.) circa te est Jes. 49, 18; እለ፡ ዐውድክሙ፡ οἱ κύκλῳ ὑμῶν Hez. 36, 3. 7; አሕዛብ፡ እለ፡ ዐውድን፡ 2 Esr. 16, 16; Ps. 88, 8; 1 Reg. 12, 11; ኵሉ፡ ዘዐውዱ፡ (v. ዐውዱ፡) Job 1, 10; ፀሩ፡ እለ፡ ዐውዱ፡ Sir. 47, 7; Num. 22, 4. c) post praepositiones: ውስተ፡ ኵሉ፡ ዐውዱ፡ Ex. 29, 16; ውስተ፡ ዐውድኪ፡ Hez. 28, 23; Lev. 1, 11; Num. 2, 53; Jos. 6, 3; Jud. 7, 21; በዐውዱ፡ Jer. 6, 3; Apoc. 4, 4 Platt; 5, 11; እንተ፡ ዐውዱ፡ Sir. 45, 9; ዲቤኪ፡ እንተ፡ ዐውድኪ፡ Hez. 23, 24; እምነ፡ ዐውዶሙ፡ Jos. 21, 42; Job 18, 11; Sir. 46, 5; Jes. 42, 25; ከኑ፡ ላዕሌሃ፡ እምዐውዳ፡ Jer. 4, 17. 2) In Acc. ዐውደ፡ a) adv. *circa*, ut Ps. 11, 9, quamquam sine pronominibus suffixis rarius usurpatur. b) praep.: Gen. 35, 5; Ex. 7, 24. 40, 27; Num. 2, 2. 11, 24; Ps. 17, 13. 77, 32. 127, 4; c. pron. suff. (vid. gramm. § 167, 5): Ps. 30, 16. 33, 8; Lev. 1, 5; ነጽሪ፡ ዐውደኪ፡ Jes. 60, 4; ይቀውሙ፡ ዐውዱ፡ 6, 2; ዐውድየ፡ Job 29, 5; Hez. 1, 4; Zach. 2, 5; Jos. 21, 39; Marc. 3, 34.

ዑደት፡ n. act., Pl. ዑደታት፡, *circuitio, circuitus, circulus*, Koh. 1, 6. a) *orbis, ambitus, circulatio*, siderum: ዑደተ፡ ከዋክብት፡ Sap. 13, 2; ዘእንበለ፡ ይግበር፡ ዑደታተ፡ ከዋክብት፡ ለአዝማን፡ Macc. f. 23; Ssal. Req.; ዑደተ፡ ፀሐይ፡ Abush. 37; annorum: ዑደተ፡ ዓመታት፡ Sap. 7, 19; ዑደታተ፡ ኢዮቤል፡ M. M. f. 242. b) *processio, pompa* in orbem facta (Umzug): ዑደተ፡ የማን፡ (מַהֲלָכֹת לַיָּמִין) 2 Esr. 22, 31 vrs. nov.; ዑደተ፡ ሆሳዕና፡ Lud. e Lit. c) *peragratio* (in orbem facta, Rundreise) በዑደተ፡ ገዳማት፡ ትጉሬ፡ Gad. T. H.

ዐዋዲ፡ n. ag. *circuitor*, a) *praeco*, κήρυξ Gen. 41, 43; 3 Reg. 22, 36; Dan. 3, 4; Esth. 6, 9; 1 Tim. 2, 7; 2 Tim. 1, 11; Col. 1, 23; βοῶν Jes. 40, 3; Joh. 1, 23; Macc. f. 2; Jsp. p. 318. b) *planus, circumcursans:* ዐዋድያተ፡ አብያት፡ περιερχόμεναι τὰς οἰκίας 1 Tim. 5, 13 rom.; ብእሲት፡ ዐዋዲት፡ ዘኢትከድን፡ ኀፍረታ፡ Fal. f. 52. c) በዓላት፡ ዐዋድያት፡ *festa mobilia*, Lud. (in lex. c. 246).

ዕዋዲ፡ subst., Pl. ዕዋድያት፡ *circuitus*, a) *orbis, anfractus, circulatio:* luna ሰበ፡ ይፈጽም፡ ዕዋዲሁ፡ Abush. 13; ዕዋድያተ፡ ፀሐይ፡ Abush. 37. b) *circulus* vel *cyclus* (i. e. *periodus*), annorum: ፺ወ፰ዓመት፡ sunt ፰ዕዋድያት፡ ወለለ፡ ፩ዐውድ፡ ፲ወ፪ዓመት፡ Abush. 42.

ምዕዋድ፡ subst., Pl. ምዕዋዳት፡ *ambitus, circuitus, circulus, orbis:* ምዕዋደ፡ ቅጽሩ፡ እምአንቀጽ፡ ለአንቀጽ፡ (Umfang) Jon. 3, 3 vrs. alt.; እንተ፡ ምዕዋደ፡ ቀጸላሁ፡ ὑπὸ τὴν στρεπτὴν στεφάνην αὐτοῦ Ex. 30, 4; ሠናይ፡ ምዕዋደ፡ ቀስት፡ εὔκυκλον τόξον Sap. 5, 22; Deus ዘይሴብሮን፡ ለምዕዋደ፡ ሰንበታት፡ M. M. f. 347 (vid. sub ሰብዐ፡); አየደኒ፡ ውስቴቶሙ፡ ምዕዋዳተ፡ κυκλόθεν κύκλῳ Hez. 37, 2; etiam *pompa* in orbem facta (Umzug): መዝሙር፡ ዘምዕዋድ፡ (festi palmarum), Deg.

ዑድ፡ subst. i. q. عُود (*lignum*, in specie:) *lignum aloës:* ቀናንሞስ፡ ወሰሊሖት፡ ወዑድ፡ Did. 25 (Graecus in Const. Ap. 5, 7 habet ξυλοβάλσαμον).

ዖገ፡ inus., sine dubio i. q. عَوِجَ *curvus, distortus fuit.*

ተዐውገ፡ III, 1 (si non ተዐወገ፡ III, 2), ut videtur, proprie: se i. e. os, oculos, nares distorquere, μυκτηρίζειν, deinde *subsannare, irridere:* ወተዐዊጎሙ፡ አይሁድ፡ በክርስቶስ፡ καταχερτομούντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων Cyr. ad Th. f. 22; አይሁድ፡ ተዐዊጎሙ፡ ይብሉ፡ καταχερτομοῦντες ἔφασκον Cyr. c. Pall. f. 90; አይሁድ፡ ተዐዊጎሙ፡ ለክርስቶስ፡ (κατεπεφύοντο τοῦ Χριστοῦ Mansi IV p. 1249) Cyr. hom. f. 108. — Voc. Ae. ad Cyr.: ተዐዊጎሙ፡ ዘ፡ ተዐዊሮሙ፡ [Hinc lumen affunditur obscurae illi voci מָעוֹג Ps. 37, 16 et talmudicae locutioni בְּלָשׁוֹן עֲגָה, de quibus vid. H. Hupfeld die Psalmen II. p. 224 seq.].

ዖፍ፡ subst., m. et f., coll. et Sing., Pl. አዕዋፍ፡, Pl. Pl. አዕዋፋት፡ [עוֹף (ܥܘܦܐ); de etymo vid. Ges. thes. p. 1002] 1) *volatus:* እጉለ፡ አዕዋፍ፡ ያሌዕሉ፡ ዖፈ፡ νεοσσοὶ γυπὸς τὰ ὑψηλὰ πέτονται Job 5, 7. 2) *alites, animalia volucria* cujusvis generis, in specie *aves*, deinde *ales, animal volucre, avis*, coll.: Gen. 1, 21; ዖፍ፡ ዘይሰርር፡ ὄρνεα πετόμενα Jes. 31, 5; Koh. 10, 20; Prov. 9, 12; Apoc. 18, 2; Sing.: ከመ፡ ዖፍ፡ እንተ፡ ታመሥጠከ፡ እምእዴከ፡ Sir. 27, 19; Job 28, 7; Jes. 16, 2 (fem.); እጼውዖ፡ ለዖፍ፡ እምጽባሕ፡ 46, 11; ὄρνεον Am. 3, 5; Prov. 6, 5; στρουθίον (*passer*) Thren. 3, 51. 4, 3; Ps. 83, 3 (f.); Did. 6 (vid. sub ሐቀፈ፡); Pl. Gen. 1, 20. 30. 7, 3. 15, 10. 11; Lev. 1, 14; ዘወገርን፡ ለአዕዋፍ፡ Sir. 22, 20; እምኵሉ፡ አዕዋፍ፡ ትንእስ፡ ንህብ፡ 11, 3; አዕዋፍ፡ ምስለ፡ ዘመዱ፡ የኀድር፡ 27, 9. 43, 17; አዕዋፈ፡ ሰማይ፡ Jer. 7, 33; Matth. 6, 26. 8, 20. 13, 32; στρουθία Tob. 2, 10; Jer. 8, 7. 10, 22; Matth. 10, 29; στρουθοί Jer. 30, 11; ቢጸን፡ ለአዕዋፍ፡ Job 30, 29; እጉለ፡ አዕዋፍ፡ Jes. 43, 20; Pl. Pl. Sir. 17, 4; Gen. 8, 19; Apoc. 19, 17 rom. — ዖፍ፡ በሕታዊ፡ στρουθίον μονάζον Ps. 101, 8 in Voc. Ae. exponitur ጉጉት፡ — ዖፈ፡ መስቀል፡ sec. Lud. „avis, quae circa festum Crucis mense Septembri Aethiopiam frequentat“, sec. Isenberg p. 25 „a certain red and beautiful bird“, vid. scholion ad ኢብን፡ — ዖፈ፡ ያሬድ፡ *upupa*, Lud. auct. Greg. (vid. Lud. lex. c. 381 sub ኤጳጳ፡). — Quatenus ዖፍ፡ significat *ales, alatus*, etiam angelis attribuitur, ut: ሚካኤል፡ ዖፍ፡ Enc. Genb. 25; አዕዋፈ፡ ገነት፡ ሰማይ፡ dicuntur Patres beati, Lud. ex Enc. Patr.

ዐዛል፡ *vir fortis* vid. sub አዛል፡

ዕዝል፡ (etiam እዝል፡) subst., *unus e tribus cantandi modis*, qui in decantandis hymnis sacris vel ecclesiasticis usitati sunt (distinguuntur enim ፫ዜማ፡ ዘውእቱ፡ ግዕዝ፡ ወዕዝል፡ ወአራራይ፡ Sx. Genb. 11); accuratior ejus descriptio desideratur; Villoteau in Description de l'Égypte tom. XIV ait: ግዕዝ፡ pour les jours de férie; ዕዝል፡ pour les jours de jeûne et de carême, pour les veilles de fêtes et pour les cérémonies funèbres; አራራይ፡ aux principales fêtes de l'année. (E qua descriptione, comparatis nominum ግዕዝ፡ et አራራይ፡ significationibus, si quid conjicere licet, ዕዝል፡ ad *vocem* cantantium *demissam* et *compressam* [عَزَلَ? عُزْلٌ?] spectare videtur). Deinde etiam *hymnus hoc modo cantandus* ዕዝል፡ nominatur. Crebro occurrit in Hymnologiis et libris liturgicis, ut: ዕዝል፡ ዘነግህ፡ Deg.; ዕዝል፡ ዘእግዝእትን፡ ማርያም፡ ibid.; ሀየንተ፡ ዕዝል፡ ዘነግህ፡ ግዕዝ፡ ibid.; ዕዝል፡ ዘሙታን፡ ibid.; Genz. f. 13 (vid. sub መወድስ፡); ትብል፡ በዜማ፡ ዕዝል፡ ሃሌ፡ ሉያ፡ ሃሌ፡ ሉያ፡ ሃሌ፡ ሉያ፡ f. 101; Cod. Mus. Brit. LIV, n. 7; al.

ምዕዝል፡ subst., ut videtur *cantus secundum modum* ዕዝል፡, Deg.

አስተዐዘለ፡ IV, 1 *vocem secundum modum* ዕዝል፡ *modulari:* ይበል፡ በአስተዐዝሎ፡, Deg.

ምዕተዝላ፡ (etiam ምተዕዝላ፡) n. prgr. sc. اَلْمُعْتَزِلَة (ab اعتزل *se separavit*) *secta eorum qui se ab aliis separaverunt*, nomen (sectae Islamiticae satis notae,) quo Pharisaei appellari solent in Jsp. p. 300.

ዐዠም፡ n. prgr. sc. عَجَم *barbari, Persae*, Abush. (crebro); Voc. Ae.

I. **ዐዘረ፡** rad., dubiae significationis.

ተዐዝረ፡ III, 1 sec. Lud. *irruere, impetum facere, vi adoriri*, fortasse rectius: *spargi, se diffundere* vel *superfundere* ተዐዘሩ፡ ላዕለ፡ ሌሒ፡ ἐξεῤῥίφησαν ἐν Λεχί (וַיִּנָּטְשׁוּ בַּלֶּחִי) Jud. 15, 9. (an i. q. غَزُرَ *copiosus, multus fuit?*) — *Voc. Ae.:* ተአዝሩ፡ ዘ፡ ተወረዩ።

II. **ዐዘረ፡** inus., sine dubio componendum cum زَرَّ ذَرَّ ذَرَا ذَرَى quibus significatus *radios spargere* inest (amh. ተዘረዘረ፡ i. q. aeth. ተበረጸ፡ Voc. Ae.).

ማዕዘር፡, **ማዕዝር፡** et **ምዕዛር፡** subst., Pl. መዓዝር፡, *splendor radians, radii splendentes, nimbus splendens*, ማዕዘርየ፡ (v. ምዕዘርየ፡) Ex. 33, 23 (LXX exhibent τὰ ὀπίσω μου); columba Spiritus S. ወክነፊሁ፡ ዘማዕዝረ፡ ፀሐይ፡ M. M. f. 50; እንተ፡ ሠረቀ፡ ማዕዘሩ፡ (Lud.: ምዕዘሩ፡; cujus splendor ortus est) Enc. Mag. 5; መዓዝረ፡ ስብሐት፡ superfusi sunt faciei Adami, M. M. f. 346; መዓዝረ፡ ፀሐይ፡ M. M. f. 28. — *Voc. Ae.:* ምዕዛር፡ ለንጸስ፡ ብ፡ ብርሃን፡

ተማዕዘረ፡ quadrl. III, 1 (denom.) *radiante splendore collustrari:* baptizatorum ora splendebant, እስመ፡ በሠራዒ፡ ገጹ፡ ለጸራቅሊጦስ፡ ተማዕዘሩ፡ Gad. T. H.

ዐዘቀ፡ i. q. عَزَقَ *fidit* terram, עָזַק *terram rastro fodit.*

ዐዘቅት፡ subst., f. et m., Pl. ዐዘቃት፡ et ዐዘቅታት፡ 1) *puteus, cisterna*, Kuf. 16. 24; φρέαρ Gen. 16, 14. 21, 19. 29, 2; Prov. 5, 15; Jer. 14, 3; Ps. 68, 19; Luc. 14, 5; Joh. 4, 11. 12; λάκκος Gen. 37, 24; Ps. 87, 4. 6; Koh. 12, 6; 2 Reg. 17, 18. 19. 23, 15. 16; ዐዘቅት፡ ዘውቅር፡ Dan. 6, 11; 2 Esr. 19, 25; ቤተ፡ ዐዘቅት፡ οἰκία τοῦ λάκκου Jer. 44, 16; πηγή Cant. 4, 12; Prov. 5, 16. 18; ከመ፡ ዐዘቅት፡ ዘኢይነጽፍ፡ ማዩ፡ Jes. 58, 11; Joh. 4, 6; ዐዘቅት፡ ንፁፍት፡ 2 Petr. 2, 17; καταράκτης Jer. 20, 2 seq.; ዐዘቃት፡ Gen. 26, 15; Lev. 11, 36; Num. 24, 17; Jes. 51, 1; Judith 8, 31; Prov. 4, 21; ዐዘቅታት፡ 1 Reg. 13, 6; Jes. 36, 16 var. 2) *fovea* vel *lacus*, ዐዘቅተ፡ (v. ግበ፡) ዐናብስት፡ Dan. 6, 7 seq.; ዐዘቅተ፡ እሳት፡ λίμνη πυρός Apoc. 19, 20. 20, 10. 3) *lacuna* lacunaris: ዐዘቅታተ፡ ጠፈር፡ χῶραι 3 Reg. 7, 41. 42; Spiritus S. descendit sicut columba ወእሳት፡ ተደብተረ፡ ውስተ፡ ዐዘቃተ፡ ጠፈረ፡ ለቤተ፡ ክ"ን፡ M. M. f. 66. — *Voc. Ae.:* ዐዘቅት፡ ዘ፡ የተመሐስ፡ ወኸ፡; *aliud:* ዘ፡ የወሀ፡ ጉድጓድ።

ዐዘበ፡ I, 2 et **ተዐዘበ፡** III, 2 (etiam per አ), ut videtur *opitulari:* ነጸርኩ፡ እመበ፡ ዘይዔዝበኒ፡ (v. ዘይትዔዘበኒ፡) ሰብእ፡ ወአልቦ፡ ἐμβλέπων εἰς ἀντίληψιν ἀνθρώπων καὶ οὐκ ἦν Sir. 51, 7. (Sed incerta est haec significatio neque ex aliis linguis probari potest, — עָזַר enim huc non referre licet; etiam עָזַב Ex. 23, 5 aliter exponendum videtur. — An *vindicare, defendere*, coll. ذَبْذَبَ?]

ዐዘበ፡ IV, 1 *mingere* vid. sub ሐዘበ፡

ማዕዘንት፡ *angulus* vid. sub ሐዘነ፡

ዐዘዘ፡ I, 2 [עזז, عَزَّ; vid. ሐዘዘ፡] *validum, fortem, robustum esse* vel *fieri*, a) *invalescere:* ዐዘዘኒ፡ (mihi) ማይ፡ እስከ፡ ነፍስየ፡ Or. Jonae 6 (in Psalterio Ludolfi p. 528). At Ex. 14, 24 ሐዘዘ፡ συνέταξε (non ዐዘዘ፡ *invaluit*, Lud.) legendum est. b) *viribus firmari, vires recolligere*, Hen. 81, 6. — Lud. in lexico statuit 2) *corroborare, confirmare*, at ut አዝዝ፡ ለነ፡ በመ፡ Lit. 159, 4 (quem locum in lexico), ita ዘይኤዝዝ፡ ተፍሥሕተ፡ ለኵሉ፡ ምድር፡ Ps. 47, 2 (quem locum in sua Psalterii editione huc refert) ad ሐዘዘ፡ *jubere* referendum est.

አስተዐዘዘ፡ IV, 2 *vires suas confirmare, fortem se praestare:* ወምንትኑ፡ መዋዕልየ፡ ከመ፡ ታስተዐዝዝ፡ (v. ታስዖዝዝ፡) ነፍስየ፡ ὅτι ἀνέχεταί μου ἡ ψυχή Job 6, 11.

አስዖዘዘ፡ *torpidum facere* et *torpere* vid. c. 891.

ዕዙዝ፡ part. *validus* a) *potens:* ዕዙዝ፡ መንግሥት፡ Lit. Orth. b) *ingens, grandis, vehemens, copiosus:* ጐዩ፡ ውስተ፡ ዕዙዝ፡ ደብር፡ Macc. f. 1; ወበረድሰ፡ ብዙኅ፡ ጥቀ፡ ወዕዙዝ፡ Ex. 9, 24; አንበጣ፡ ብዙኅ፡ ጥቀ፡ ወዕዙዝ፡ 10, 14. c) adv. ዕዙዝ፡ *valde, vehementer* Ex. 1, 7.

ዐዚዝ፡ adj., f. ዐዛዝ፡ 1) *validus, fortis, potens, strenuus:* κραταιός de Deo Prov. 23, 11; ዐዚዛን፡ Sap. 6, 9; Hen. 38, 4; ነገሥት፡ ዐዚዛን፡ Hen. 38, 5. 62, 1; Lit. 164, 4; ብእሲት፡ ዐዛዝ፡ γυνὴ ἀνδρεία Prov. 12, 4; መንፈስ፡ ዐዚዝ፡ πνεῦμα ἡγεμονικόν (*principalis*) Ps. 50, 13; Did. 10; በዐዚዝ፡ ረድኤቱ፡ Enc. Mag. 11; አምላክ፡ ዐዚዝ፡ ወክቡር፡ Abush. 20. 2) *carus, summe venerandus, eximius:* ዐዚዝ፡ ቴዎፊሎ፡ κράτιστε Luc. 1, 3; maxime in libris ex Arabico translatis, ut Abush.; ከመ፡ ትኩን፡ ክቡረ፡ ወዐዚዘ፡ ስም፡ Jsp. p. 350.

ዕዘዝ፡ subst., plerumque m., 1) *robur, potentia, fortitudo, virtus:* ለኀይል፡ ዕዘዝ፡ መዝራዕትከ፡ Sap. 11, 22; κράτησις Sap. 6, 3 (v. ትእዛዝ፡); ἀσφάλεια Prov. 8, 14; ἀνδρεία 21, 30; Chrys. crebro; Org. 1; ቶማስ፡ ዘአርአየ፡ ዕዘዘ፡ (sc. miraculis editis) Enc. Jac. 2; *efficacia*, Lud. ex Enc. Teq. 19; *vis, vehementia* pluviae, Org. 2. 2) *honor, gloria, dignitas*, maxime in libris ex Arabico translatis: ሞተ፡ በዕዘዝ፡ ይኄይስ፡ እምሐይው፡ በኀሳር፡ Jsp. p. 380. 382; ዕዘዝክሙ፡ ወስርጉ፡ ክብርክሙ፡ p. 364; ኀሰሩ፡ እምድኅረ፡ ዕዘዝ፡ p. 367; እመ፡ አውዐይከ፡ ለመቅደስ፡ ይትአተት፡ ዕዘዝሙ፡ p. 376.

ዔለ፡ I, 1 et **ዐየለ፡** I, 2 (quamquam equidem Perf. nonnisi ዔለ፡ inveni), Subj. I, 1 ይዒል፡ [عال (عَيْل) *peragravit* regionem; *pauper* (proprie: vagus, bonis expulsus) *fuit*] *circumerrare, per-, oberrare, palari, vagari, pervagari, vagum et profugum esse*, de bestiis Job 38, 41. 39, 8; de hominibus (in specie de iis qui domo emigrarunt, ex hominum commercio vel in desertum secesserunt): በውስተ፡ በድው፡ ኀበ፡

ጌልክሙ፡ በበ፡ መራዕይክሙ፡ Hos. 13, 5. 6; Hebr. 11, 37; 4 Esr. 6, 54. 66; c. ኢያኒ፡ viae (*aberrare*): ወኢየዐይሉ፡ እም ኔሃ፡ (ለፍኖት፡) Jer. 38, 9; vel c. ውስተ፡ viae: ኢትኀድጊ፡ እጊል፡ ውስተ፡ ፍኖት፡ Sx. Sen. 4; c. Acc. loci: ጌልኩ፡ ገዳመ፡ Herm. p. 20; እንዘ፡ ይጌይል፡ አድባረ፡ ወአውግረ፡ Sx. Tachs. 10 et Mij. 6; c. ውስተ፡ loci: የዐይል፡ (v. ይጌይል፡) ውስተ፡ ገዳም፡ ይትረዐይ፡ Job 39, 8; Ps. 10, 1; ጌሉ፡ ውስተ፡ ገዳም፡ Jes. 16, 8; የዐይሉ፡ ውስተ፡ አድባር፡ 22, 5; Gen. 34, 15; Hebr. 11, 34; de anachoretis: አበው፡ ቅዱሳን፡ እለ፡ ጌሉ፡ ውስተ፡ አድባር፡ ወበአታት፡ Genz. f. 69; Org.; Enc. Masc. 2; ን ጊል፡ ውስተ፡ አድባር፡ ወበአታት፡ ወገበበ፡ ምድር፡ Deg.; de animo: የዐይል፡ እንተ፡ ኮለኄ፡ Lit. 172, 1; de inanimatis: ከ መ፡ ኢይርከብ፡ ቂም፡ መካነ፡ በውስቴትን፡ አላ፡ ይጊል፡ ውስተ፡ መካነ፡ በድው፡ Chr. Ta. 19; trsl.: ውስተ፡ ኀልዮ፡ ኀጢአት፡ ከመ፡ ኢይጊል፡ Ssal. Req. — *Voc. Ae.*: ጌለ፡ ዘ፡ ዘረ።

